

B
879


Dublin Cb 3847

an Jb 4256

als Lex bei Konzeption

Per

1052



Handwritten text on the adjacent page, partially visible, including the letters 'C', '79', and 'R'.



NOBILISSIMIS
ADOLESCENTIBUS
doctrinis, virtute, ingenio prae-
stantibus Baldassaro, Johanni &
Henrico fratribus, Nobilissimi &
Amplissimi viri Henrici, &c. filii
Notitias, amicis suis.

E BIBLIOTHECA
LYCEI
WERNIGERO-
DANI.

LANDESBIBLIOTHEK
H. F. EDELING
D. 13. JAN. 1879

AB 26879

quod est aliud, post
temporum laborem
agere, prae
sentire: hinc quodammodo



NOBILISSIMIS

ADOLESCENTIBVS

doctrina, virtute, ingenio præstantibus Baldaffaro, Iohanni & Henrico fratribus, Nobilissimi & Ampliff. viri Henrici, &c. filijs Nosticijs, amicis suis.



Am multi extant, libelli Profodiaci, fratres nobilissimi à doctissimis viris conscripti: ut actum agere rectè videri possit: qui nouum nunc in medium proferre velit: ut ne dicam de arrogantiæ suspicione, quam incurrere possit. Nam quid est aliud, post tot, tantorumq; virorum labores, suos quoq; in lucem agere? quàm aut arrogantius de suis sentire? aut quod illi tradiderunt,

() 2 vel

vel iisdem verbis repetere? vel sty-
lo verso pro suis venditare? Quam-
quam autem me, ab arrogantia im-
primis crimine: tum vero etiam, ab
ostentatione inani: ab ista inuolandi
in aliena, & sibi usurpandi petulan-
tia: cum excusant multa, vindi-
cantq;: tum defendunt vita & ani-
mus, si cui est cognitus: qui & suum
cuiq; decus minimè inuidet: & per
quem profecerit, fatetur ingenuè:
Hanc tamen huius libelli editionem,
excusandam omnino putavi. Ne
scilicet Calumnie flagris me, quæ
tam procax facta, omnibus bonis hoc
miserabili seculo & illudit, & insultat:
neve docentum Discordiæ odijs,
quæ non orbem, sed singulas penè do-
mos occupavit: exponerem & lace-
raudum, & persequendum. Cum
igitur in Philippi sanctæ memoriæ
libello: eam partem quæ genera car-
minum

minum pertexit, non satis plenam esse: viderem. Et eos, qui progressionem maiores fecissent, ita ut sua sponte iam aliquid scriberent: ea omnia aut prorsus ignorare: aut ne quidem unde suo sibi studio compararent, habere: Et quibus precepta Philippi proponebantur (nam alios libellos recipere, visum non erat) de his ne quidem institui. Eadem deinde de Accidentibus metrorum usu venire. Putavi utrumque mihi faciendum; tam genera versuum ut proponerem, uberiusque explicarem: quam ut Accidentia quæ vocant traderem. Qua in re tamen, Accidentia ordine proposuimus: genera autem in finem reiecimus: ut de ijs quot nobis visum esset, secundæ classi traderemus: reliqua per se cognoscerent adultiores. Hæc una fuit nostræ editionis ratio. Animadvertimus deinde

de: cum nimis frequenter syllabas
accentu defendi: tum admodum ab-
errari. Quam quidem defendendi
rationem, ut libenter concedimus
alijs, qui ea uti velint: Ita nobis,
eandem repudiari, & in scola nostra
non usurpari. licere postulamus.
Nam hoc verum esse: accentum ex
syllabarum quantitate & censi, &
accini: non autem quantitatem ex
accentu iudicari, solitam fuisse: om-
nes confiteri necesse est. Quae igitur
haec praepostera inuasit consuetudo:
ut de syllaba vel breui, vel longa,
ex accentus modulo pronunciamus?
Ut verbi gratia: verba quae pri-
mam corripunt, si sint composita,
ideo pronunciamus eadem correpta:
quia eam breuem esse scimus. Prae-
posterum est igitur, si de prima dubi-
tes: compositionem fieri, & ex pro-
nunciatione de quantitate statui iube-
re: ut

re: ut si quis dubitet quanta sint pris-
ma, Cano, cubo, tego: docebunt eum
composita scilicet: accino, accūbo,
contēgo: quae tanta pronunciantur,
quanta sunt. At si quis puer, ne hoc
quidem sciat: sic pronuncianda ista
esse: sed & ipse accino, accūbo, con-
tēgo efferat: Et ita in versu ponat:
quid ei profuerit haec praecipio? Aut
igitur ea ad adultiores tantum: vel
etiam eruditos solos pertinebit: &
pueris proponi non poterit: Aut illud
constabit, omnes eadem ratione, &
eodem pronunciarum modo. Quod ita
non esse communis omnium convincit
experientia. Nam & accentus, &
pronunciandi morem, qui fuit vete-
rum: aut amissum, aut corruptum
esse: nemo nostrum negare ausit. Tum
veronon nisi eos: quibus de quantita-
te constat, in compositis quod teneant,
certum habere. Nam quoties ego

○ 4 ipse,

ipse, aut quis alius audiuit, viros et
etate matura: et in opinione erudita
doctrinae qui essent: ita pronunciare,
ut primas verborum in composi-
tione, sine discrimine produceret omnes:
non ob aliam causam, quam quod ad
poeticen non assuefacti: de prima vel
breui, vel longa iudicium non face-
rent. Et quae nam est scola: in qua
ista non saepe et ut emendent: et in-
culcent praceptoribus usu veniunt?
Est igitur ut praepostera haec: ita in-
firma praepceptio. Sit autem firma ne-
cesse est: quae puerum in his regat.
Semper enim, et negligentiae inest hu-
ic aetati plurimum: et quae multis
vix regulis doceri possunt: sicut haec
accentuum ratio: si tamen doceri po-
test: cum difficultatis, tum ambi-
guitatis afferunt non parum. Quid
quod in polysyllabis, haec ratio de pra-
hendendi quantitatem, locum non ha-
bet. ul.

bet vllum? quatio quanta sit prima,
num quem docebit concutio? His igitur
et alijs de caussis: nos eam explo-
rande quantitatis rationem, exter-
minauimus: analogia, quae certius
et solidius quid visa est habere: in
eius locū substituta. Ut quae possent,
analogia et regulis defenderentur:
quae non possent, autoritate censerentur.
Analogia quanam sit: quaeque
vere dici debeat: quomodo eam Mi-
cyllus, et alij: quaeue exposuerint co-
pia: neque ignoramus, neque cuiquam li-
tem mouemus. Quare nec nobis vi-
tio vertendum putamus: si, dum
commodamus nostris, vel extra
viam curramus. Quod enim bona
pars, de mediarum syllabarum quan-
titate: ex regulis de formatione ca-
suum, praeteritorum, et supinorum
disci queat: eas quoque quasi auxilia-
res copias, adducere visum fuit: po-

() s tuis

eius quàm ut è discentium animis ef-
fluerent: aut ad Prosodiam non affer-
rentur. Verum sit hæc quoq; de nostræ
editionis secunda causa, dixisse sa-
tis. Nec me parum etiam mouit:
quod ipse à puero, ad hanc ipsam ra-
tionem assuefactus: analogia potius
quàm accentu, syllabas tueri iussus
sum. Neq; me eius operæ, mihi tum
in puerilibus studijs nauatæ, pœnituit
unquam: neq; eius se autorem nomi-
nari, Clariss. & Ampliss. vir Geor-
gius Othomanus, dedignabitur. Qui
ut nunc Reipub. ita tunc puerilium
studiorum, in hac nostra patria, gu-
bernator erat. Cuius etiam ut tum
fui ego, cum multis alijs, discipulus
non immorigerus: ita nec in his, ab
ipsius monitis, temere recedo. Serua-
ta ea ratio est, post aliquot deinde an-
nos: cum in eadem patria, eidem
Clariss. & Ampliss. viro, sum datus
collega.

collega. Eandem igitur ne nunc quidam mutandam, in ista mea gubernatione, mihi putavi. Denique cum in memoriam mecum redeo: post Huteri primum, nobilissimi equitis: deinde Hessi quoque, poetarum regis: tandem Philippi omnium preceptoris: Micylli autem elucubratis, opus: tot sparsos hinc inde, & in vulgus datos esse, libellos prosodiacos: haud arbitrator, quod tam multis peccatum sit: mihi secundum satyram, non impune esse posse. Ut scilicet & hic quasi abortivus, in nostra saltem scola, viveret foetus. Quem, ut publicus esset, & in multorum manus veniret, non fecissem: cum is iam tot annos, ad calamum dictari sic solitus, classis secundae pueris: nisi cum collega nostri, optimi & doctissimi viri instisissent: tum ipsa scribendi, dictandiq; molestia: & plurima secum incommoda

commoda afferens: Et moram ac im-
pedimenta discentibus inferens: effe-
cisset, ut tandem meum expugnari
animum passus essem. Has igitur
causas editionis habui: de alijs ut
ne dicam. Putavi autem vos mihi,
preliminari ista pagella, compellan-
dos esse: quippe nostræ scolæ veteres
alumnos: ut puto, minime pœni-
tendos: qui tot annos nobiscum vi-
xeritis: imo inter nos adoleueritis.
Certe enim quinq; totos annos, Et VI.
menses, tu nobis Nobiliss. Baldassar:
tu vero Nobiliss. Iohannes sex totos
annos, Et III. menses: tu etiam No-
bilissime Henrice septennium debes:
quibus Et in ludo nostro, Et domi meæ
fuiſtis. Neq; id adeò propter pueritia-
am vestram, maxima ex parte nos-
biscum actam: sed ut cum ego me-
um erga vos amorem, animumq; pro-
pensissimum, testatum facerem: tum
vobis

vobis quoq, et puerilium studiorum,
et scola, et patriæ huius nostræ me=
moriam quasi reficarem. Nam et
hæc ipsa nobis dictitantibus excepisti:
et Iohannis adhuc manus, li=
bellusq, apud me est: unde hæc typis
exscribuntur. Nec opinor vos pige=
bit, memoriam nostri, et patriæ, et
scolæ, hinc usq, in Galliam vel Ita=
liam: quo vos et optimarum disci=
plinarum, et nunquam satis lauda=
ta legum et Iuris sapientia vocat:
Nobilissimus et optimus pater, meus
compater suavis: nullis neq, impensis,
neq, laboribus parcens, vos ablegat:
vobiscum circumferre. Deniq, vel
eo etiam, ut vos hortarer: ut quod
facitis hætenus præclarè, id quàm
maximè faciatis: id est, ut quam
excitastis de vobis, et progressionibus
vestris eximiam spem in Wite=
bergenesi Academia: Eam, etiam
omnem,

omnem, vincatis: Et parentis nobis
lissimi optimis desiderijs satisfaciat
tis: Et dignum nobilitate gentis ve-
stræ (quæ una præ ceteris ex nobilitate,
studia humanitatis hæc magnificat,
et excolit) nomen vobis pareatis.
Neu studia hæc quoq, quæ Musarum
sunt, et Poeticæ deseratis: neue pu-
tetis veram esse anormem rationem
eorum, qui putant grauioribus studijs
aut moræ, aut impedimento esse: cum
potius grauiora illa, nisi hisce condi-
antur, nescio quomodo plurimum amit-
tant gratiæ. Certè quos excellentissimos
habetis Iurisconsultos, ab his non
abhorruerunt. Neq, enim aut Budeo,
aut Alciato Poëtica obstitit, quo mi-
nus excellentes essent Iurisconsulti:
neq, quos honoris causa nomino, We-
senbecio et Husano summis viris.
Agrestia hæc sunt, et indigna legum
ac iusticiæ cultoribus iudicia: ut ne
quid

quid grauius dicam. Ne uos pige-
at olim honoribus florentes, & opibus:
huic strenuae scolae, & Reipub. persol-
uere ἀντιτρεπτήρια: Quod uos facturos
esse: cum animi egregia indoles: tum
haecenus declaratus tam in studia,
quam nos omnes amor uester: de uo-
bis pollicetur. Valete. Gorlicij è ludo
nostro Augusto ad III. cal. Febr. An-
no Christi **CIO IO XXXII.**

Qui uos amat

Ioachimus Meisterus.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

I



co
sti

ac
lis
qu
no
è
de

ha
ba



LIBELLVS PROSODIACVS.

Quid est Profodia?

PROSODIA latinè accentus, est quæ quantitatem syllabarum & rationem dimetiendorum versuum tradit, dicta à πρὸς ad, & ᾠδή cantus, quasi, accentus.

Circa quid versatur?

Circa syllabas.

Quid est Syllaba?

Est compræhensio literarum: dicta à Græco συλλαβή quod est compræhendere: *vi, stirps, seps.*

Syllabæ quot accidunt?

Duo: Tempus siue quantitas, & tonus siue accentus. Accentuum doctrinam, cum quòd regulis ea apud Latinos compræhendi non potest, tum quòd momenti ad quantitatem nihil affert: quia non de quantitate ex accentu, sed contra de accentu è quantitate iudicari solet: consultò omittimus: de temporibus breuissimè dicemus.

Quotuplex est tempus?

Duplex: Aliud breue, aliud longum. Breue hac nota *◡*, longum — hac notatur. Hinc syllaba alia longa, alia breuis, alia media, siue an-

A ceps,

ceps, siue indifferentis dicitur. Estq; anceps quæ
modo pro breui, modo pro longa vsurpatur ab
autoribus. Alij tamen tempus tantum vnum
faciunt, quod nos breue: vt quæ breuis est syl-
laba, vno: quæ longa, duobus constare tempo-
ribus dicatur.

Quot modis cognoscitur tempus siue Quantitas?

Tribus modis. Exemplo scilicet, vel auto-
ritate: regulis: & Analogia,

Quæ syllabæ cognoscuntur exemplo?

Quæ sub regulas non cadunt: quales multæ
sunt primæ, multæ etiam mediæ.

Quæ cognoscuntur regulis?

Vltimæ omnes, & non pauca ex primis ac
medijs.

Quas dicis analogia agnosci?

De quarum quantitate ex regulis in etymologia traditis constat. Quæ nam sit & verè dici
debeat analogia, neq; ignoramus: neq; cum quo-
quam disceptamus: neq; aded quomodo eam Mi-
cillus & alij, quæcūq; copia exposuerint non vide-
mus. Sed vitio nobis haud verti debere putamus: si-
dum nostris, qui in hoc studio, decurrunt commoda-
tus: paulum etiam extra viam, quod dicitur, cur-
ramus. Etenim quin bona pars de mediarum syl-
larum quantitate ex regulis de formatione casuum
traditis in libello Philippico disci queat, nemo est
qui

qui neget opinor. At eas omnes regulas ex animo
discendum effluere, & ad Prosodiacas non afferrī,
videmus. Quid igitur obstat, quo minus hic libel-
lus eam Grammatica partem ita sequatur, ut &
eius memoriam nostris renouet: & eam ceu osten-
dendo ad metra etiam seu compositionem versu-
um, quasi auxiliares copias contrahat. Quare &
nos, ijs hoc in locode Analogia docendo, contenti
erimus, et eam his membris complectemur.

Quæ sunt igitur ea præcepta Ety- mologiae?

Primo, de incrementis declinationum. Se-
cundo, de incrementis coniugationum. Tertio,
de incrementis nominum deriuatorum. Quar-
to, de incrementis verborum deriuatiuorum.
His addemus etiam aliarum partium incre-
menta.

Quid vocas incrementa?

Dico casus vel tempora, quæ numero sylla-
barum superant originem suam, id est, exce-
dunt vel nominatiuam, vel præsens verbi.

Dic regulam de incrementis primæ declinationis.

A, in incrementis primæ producitur: ut, pi-
etati, Musarum, natibus.

Dic regulam de incrementis Secundæ?

E, I, V, in incrementis secundæ corripuntur:
ut, puer puëri, vir viri, Satur saturi. Excipitur,
Iber

Iber Ibēri. O vero longum est in his, *Dominōrum, duōbus, ambōbus.*

Addis ne etiam de incrementis
Tertiæ.

Non addam de Genitiuis singularibus, de quorum formatione extant Regulæ in libellis Grammaticæ, ad quas discentes remittimus. Atque eæ plerunq; quanta sit penultima indicant: vt verbi gratia: in A L, I S adijciunt nominatiuo, habentq; longas penultimas. In penultimis Datiuorum & Ablatiuorum corripitur, vt felicibus.

Suntne etiam quartæ incrementa?

Sunt quidem, vt Genitiui antiqui *Anuis*, & Datiui, vt *fructui*, & Genitiui pluralis, vt *fructuum*: addo etiam neutra, vt *Verua*: sed in quibus penultima ex vocali ante vocalem iudicatur: sicut & aliarum declinat: casus: I vero in Datiuis & Ablatiuis pluralibus sicut & in tertiâ, corripitur, vt *fructibus*: item V, vt *arcibus*.

Dic incrementa Quintæ.

E producitur in quintæ incrementis: in Genitiuo & Datiuo singulari non nisi vocalem ante E I habente: vt *Diēi, materiēi, speciēi*: in Genitiuis, Datiuis & Ablatiuis pluralibus semper, vt *diērum, diēbus*.

Dic regulas de incrementis verborum.

A longum est Analogia in prima, vt *amābam, amābo, amārem, amāre*. Excipitur verbum *Dare*, in

5
re, in quo A breue est. Sed A etiam in aliarum
coniugationum incrementis producitur, vt do-
ceāmus, legāmus, audiāmus, & similibus.

*Quid vocant Grammatici incrementa
priora & posteriora?*

Prius incrementum est, cum vocalis quæ est
ultima, in secunda præsentis, transit in penulti-
mam eius temporis, quod ab eo formatur, vt ab
amas, fit amābam, amābo, amārem. Posterius
vocant cum eadem vocalis excrecente vel per
tempora, vel per personas verbo, non iam in
penultima, sed antepenultima, aut etiam hac
longè priore syllaba reperitur, vt Amāueram,
amāueramus, Amābimus, amāuerimus. In hoc
vtrōq; incremento A producitur.

E in vtrōq; incremento producitur, vt Amē-
mus, docēmus, legēmus, audiēmus. Amarēmus, do-
cerēmus, audirēmus: Item, amauerunt, legērunt:
quæ tamen licentia poëtica corripuntur: vt, Ob-
stupuit steteruntq;, &c.

1. Ab hac regula excipitur E in tertia, sed quæ
sunt præsentis & habent R: vt, legor legēris, le-
gērem, legere. Et pluralia, legēremus.

2. In alijs etiam coniugationibus E corripitur
in ijs, quæ à præterito formantur, vt Amāueram,
docuēram, legēram, audiēram, Amāuēro, docuēro,
legērim, audiērim. In quibus illud non præ-
tereundum est, vbi aut R E syllaba geminatur,
aut alteram syllabam R I S præcedit: eandem
primam longam esse: vt, Amarēris vel amarēre,

6
docerere, legerere, audirere. Quibus sunt similia futura, tertiae & quartae, *Legeris vel legere, audieris.*

3 I in pluribus incrementis breue est, ut in presenti tertiae, *Legimus, legitis, legitur, legitimi.* In penultimis praeteritorum item. *Amavimus, docuimus, legimus, audiuimus.* In penultimis futurorum, *Amabimus, docebimus;* in Imperatiuis, *Legite, legito.*

Excipiuntur penultima quartae, *Audimus, auditu, audiris, audimur, audirem, audiret, audiuimus, ibam, ibo,* & similia. Coniunctiui praeterita & futura in RIMVS & RITIS variant. Diomedes vult corripere praeteritum, produci futurum. Praeteritum corripuit Virgil.

Namque, ut supremam falsa inter gaudia no-
stem.

Egerimus nosti, nimium & meminisse necesse
est.

Futurum produxit Ennius.

Non mi aurum posco, nec mi precium dederitis.

Exempla plura non addo.

4 O in incrementis, semper longum est, ut in illis, *Amatote, legitote.*

V in incrementis corripitur: ut, *volumus, nolumus, possumus, sumus.* Sed in his immorari non est necesse, sit satis monuisse, quae syllabae excusari hac in parte Analogia possint.

111 *Dicetiam de incrementis nominum*
deriuatiuorum.

Ad

Ad Analogiam referimus nominum deduc-
 ctiones, vel deriuationes, vt sunt Patronymi-
 corum: Possessiuorum: Gentilium: Diminuti-
 uorum: Verbalium: Denominatiuorum: ad
 quas pertinent & Comparatiua & Superlatiua.
 Patronymicorum sunt terminationes, D E S,
 I S, A S, & N E, apud Latinos. Alias malumus
 ad alias formas referre. A S, & I S, ferè pura
 sunt, vt agnosci ex vocali ante vocalem queant.
 De his igitur dicemus tantum quæ D E S, & N E,
 desinunt. ~~PRIMA REGULA~~ I REG

Patronymica in D E S corripunt A in pen-
 ultima, vnde cunq; facta, vt *Aeneades* ab *Aenea*:
Anchisiades ab *Anchisa*: *Amphitryoniades* ab
Amphitryone.

Dux Anchisiade facilis descensus auerni.

Amphitryoniada magno diuisq; ferebat.

Ad quam formam dicit etiam Virgilius.

Quis Gracchi genus, aut geminos duo fulmina

Scipiadas, cladem Libya. Aeneid. 6. (belli

Apud Columellam lib. 10. exemplum est dia-
 uersum, hoc est A in penultima productum.

Nec Polycletea nec Phragmonis, aut Agelada
Arte laboretur.

SECUNDA REGULA.

Eadem Patronymica corripunt etiam I in
 penultima, vt *Dardanides*, *Priamides*, *Thestorides*,
Nestorides.

Dardanida, venient mitte hanc de pectore cura
ram.

Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes.

A 4

Huc

8
Huc addamus & illas formas *Panthoïdes*,
quia Latini pronunciant quadrifsyllabum, non
faciunt Diphthongum omicron iota.

Iuuenalis Satyr. 14. produxit I: vt, *Spado*,
vincebat capitolia nostra Posides.

Excipiuntur ab his quæ formantur ex no-
minibus in E V S vel eus, quorum hæc apud
Græcos ad primam, illa ad tertiam contracto-
rum pertinent, vt, *Pelīdes*, *Atrīdes*, *Oenīdes*, *The-
sīdes*, *Aegīdes*.

Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon,
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atrida.

Patronymica in NE producunt penulti-
mam quæcunq; vocalis præcedat vt, *Nerīne*,
Acrifione.

Nerine Galathea thymo mihi dalcior hybla.

DE POSSESSIVIS.

Possessiuis annectimus gentilia: neq; in his
multa est difficultas.

V S.

Quæ in V S purum desinunt ex vocali ante
vocalem iudicantur: vt, *Herculēus*, *Euandrius*,

N V S.

Quæ vero in N V S desinunt, I vel A lon-
gum habent in penultima: vt, *Tulliānus*, *Sabi-
nus*, *Romānus*.

Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

Nec procul hinc Romam & raptas sine more

(Sabinas.

C V S.

CVS.

Quæ CVS desinunt, I in penultima corripiunt, vt Gallicus, rusticus, ciuicus.

Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.

VVS.

Quæ VVS vna syllaba, item I producunt, vt Achiuus, Argiuus, Aestiuius.

*Et iam Argiua phalanx instructis nauib. ibat
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiu.*

2. Aeneid.

Sunt tamen quæ VS purum desinentia, E ante VS producunt, vt Pythagoreus, Achilleus, Centaureus.

Centaurea monet pugna super mero

Horat.

Depugnata,

Et graueolentia centaurea.

TIVS.

Quæ TIVS exeunt præcedente I, antepenultimam corripiunt, vt Tribunitius, Natalitius.

Pers. Et natalitia tandem cum Sardonyche³ albus.

AS.

In AS ferè penultimas producunt huius scilicet formæ Arpinas, Aquinas, secuta primitiua Arpinum, Aquinum.

Sunt in ENSIS, vt Parmensis, & in RS, vt Tyburs, & in NS, vt Laurens, quæ nulla opus habent annotatione: quod priores syllabæ ex primitiuis cognoscantur, si qua sunt prolixiora. Atq; hæc non persequimur fusius quàm in

AS

Gramma-

Grammaticis libellis Philippi sunt tradita. Hunc enim libellum ad illa respicere volumus, reliqua lectio & usus suppeditabit.

4

DIMINUTIVA.

OLVS.

Quæ OLVS definunt, O corripunt in penultima, vt *Vrceolus*, *Basilolum*, *Suauiolum*.
Suauiolum tristi tristius helleboro.

VLVS.

Quæ VLVS item Vin penultima corripunt, vt *Regulus*, *Lectulus*, & *CVLVS*, vt *igniculus*, *funiculus*.

Quorum & pertinent *VNCVLVS* definitia. *latrunculus*, eadem quantitate. Reliqua præterimus quæ non videntur opus habere ad monitione, vt *Equuleus*, penultima enim ex vocali brevis est, antepenultima ex præcedentibus cognoscitur.

5

DE NOMINATIVA. IA.

In IA substantiua ex vocali noscuntur, antepenultima ex Primitiuo, vt *audax audaci, audacia*. & quæ syllabam quasi interponunt, vt *pu-dicitia. Iusti iustitia*, in quibus antepenultima corripitur.

Lis est

Lis est cum forma magna pudicitia.

Iusticia ne prius mirer belli ne laborum?

Aeneid.

II.

NIA.

In NIA præcedens O producant, ut Castimonia: quibus similia sunt verbalia, ut querimonia.

Nec malis: diuulsus querimonijs

Suprema citius soluet amor die.

LA.

Quæ LA desinunt E, ante LA producant, ut clientela.

Quibus etiam coniungimus uerbalia, eiusdem formæ, querela, tutela.

Desine meq, tuis incendere teq, querelis.

Aene.4.

Helle spontiaci seruet tutela Priapi.

Geor.4.

NA.

In NA quæ vocalem præcedentem habent eandem producant. Reliqua uel diphthongo, uel etiam positione agnoscuntur, ut doctrina, Medicina, Caupona, Matrōna, Lacuna.

Ipsa repertorem medicina, talis & artis.

Aene.7.

Vnde caue tepido sudant humore lacune.

Geor.1.

Ab his variant propria, tam Græca quàm latina: ut Sequana, & Susana, apud Silium: Helena, Asina, Catina, Apina, Mutina, Russina, Sarsina, Statina, Matrōna, fluuij nomen.

De primitiuis latinis monere nihil atinet, ut, semina, fuscina, patina, sarcina.

LE.

LE.

Quæ LE desinunt A, vel I, in penultima
producunt, vt dentāle, nouāle, ouīle. Quibus
etiam adde verbalia sedīle à sedeo, cubīle à cubo.

1. Eccl
cloga.

*Sape tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Bina aures duplici aptantur dentalia dorso.*

RE.

Quæ RE finiunt A, ante RE producunt,
vt lumināre, talāre, plantāre.

Aene. 4.
Valer.
lib. 4.

*Et primum pedibus talaria neclit.
Nunc aerei plantaria vellet, Perseos.*

O Terminatio.

Quæ O finiunt cum consonante, penultimam corripunt secuta primitiui sui obliquos, vt Cicero à cicere, Capito à capite: Quare etiam ex primitiuis iudicanda erunt quemadmodum & Cato, & Labeo.

DO.

Quæ DO exeunt vel finiunt, E & V in penultimis producunt, vt dulcēdo, acrēdo, testūdo, sollicitūdo.

1. Geor.
Aene, 1.

Nescio qua præter solitum dulcedine leti.

Tum foribus diue media testitudine templi.

De his quæ V habent ante DO, hoc additur, si I sit in ante penultima corripit: si E, produci, vt fortitudo, sollicitudo, consuetudo, volētudo, quam hæc uerbalia sunt potius.

*Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes
Consue-*

*Consuetudinibus sollicitudinibus.
Iocus est Martialis.*

GO.

Quæ GO exeunt A & V in penultimis pro-
ducunt, vt *Farrāgo, ferrūgo, Lanūgo.*

Tum demum crassa magnum farragine corpus *Geor. 3.*

Crescere iam domitis finito.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Quæ in penultima ante do & go, I habent
& producunt eandem, & verbalia penè sunt
omnia, vt *libīdo, rubīgo, cupīdo, calīgo.*

Quæ lucis miseris tam dira cupido,

Aene. 6.

Tres adeo incertos ceca caligine soles

Aene. 3.

Erramus pelago.

AL.

Quæ AL desinunt tantam habent penultima-
mam, quantam primitiuorum casus, vnde dedu-
cuntur, vt à ceruice fit *ceruīcal*, à tribuno *tri-
būnal*. à vecti *vedlīgal*, Thorat autem & animal
penultima breui, quia ea in primitiuus est bre-
uis. *Bacchanal* peculiari quadam forma A in pe-
nultima producit: vt in Satyra: *Qui Curios si-
mulant & Bacchanalia viuunt.*

AR.

In AR exeuntia, si consonantem cum ea
coniunctam habent, de Prisciani sententia pro-
ducunt penultimam omnia, vt *lacūnar, lupā-
nar, puluīnar.*

Puluinar vero diue geniale locatur.

Catul.

TOR ex- arGo

nautica.

TOR exponemus inter verbalia.

RIVM.

In RIVM quæ desinunt penultimam produ-
ducunt, siue ea A, siue I, siue O habeant: vt
ponarium, rosarium, equirium, pratorium.

Geor. 4.

Biseriq; rosaria Pesti.

Ouid. 4.

Altera gramineo spectabis equiria campo.

Fastor.

*Et circa regem atq; ipsa ad pratoria densæ
Miscentur,*

Geor. 4.

Huc pertinent & verbalia *suffirium* à suspi-
ro, *delirium* à deliro aut delirus.

Excipitur *supparium* à supparus quod sequi-
tur primitium.

Luc. lib.

Suppara nudatos cingunt angusta lacertes.

2.

Et *Plemmyrium* apud Virg. 3. Aeneid. sed
Græcum.

Quæ E aut V ante RIVM habent, eandem
ferè corripunt, vt *ministerium, magistrum, au-
gurium.*

Aene. 7.

Auersusq; refugit

*Fœda ministeria & cæcis se condidit umbris.
Vestrum hoc augurium vestroq; in numine
Troia est.*

Dicteria apud Martialem lib. 9. si tamen huc
pertinet: *Lemuria* apud Ouidium quinto Fasto-
rum penultima longa ponuntur. Græca E lon-
gum habent, *mysterium, Psalterium.*

BVLVM.

In BVLVM quæ exeunt, tam Denomina-
tiua, quàm verbalia: si A præcedat penulti-
mam

mam producant: vt venābulum à venari, acetābulum, ab aceto, cunābula à cunis.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Inijcit, & saltu supra venabula fertur.

In Ecclo-
gis.
Aene. 9.

Exceptio.

Excipitur stābulum.

Itur in antiquam sylvam stabula alta ferarum. Aene. 6.

Quæ I ante B V L V M habent antepenultimam corripunt, vt prostibulum, vestibulum, thuribulum.

Vestibulum ante ipsum primisq; in faucibus orci.

MONIVM.

Quæ MONIVM desinunt, antepenultimam producant, vt testimōnium, vademōnium, patrimōnium, matrimōnium. Quorum ea etiam quæ antepenultimam antecedit analogia corripitur.

Sed ceci vicio propter patrimonia viuunt.

Iuuenal.
Satyr. 12

Sunt etiam Græca huius formæ quæ apud eos ex vocali vel longa, vel breui iudicantur, vt obsonium, producta penultima, obsonia plebis alosas: & locorum propria quæ O corripunt, Paretonium, Pelethronium. Nam hinc deducta corripuntur.

Apud Au-
sonium.

*Quasq; Paretonio glomerarit littore turmas,
Frena Pelethronij Lapithæ gyrosg; dedere.*

Syllius p.
Geor. 8.

TAS.

In TAS desinentia siue E præcedat siue I, eandem corripunt vt pietas, probitas.

Quam

Aene. 5.

*Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.
Si uis esse aliquid probitas laudatur & alget.
Atq; hæc fuerunt terminationes substantiuorum.
Iam sequuntur Adiectiuorum.*

BER.

Quæ BER terminantur V in penultimis corripunt, vt *saluber* à *salus*: Et si illud V in obliquis producat: Cuius tamen vel obliquos vel Fœmininum propter liquidam & mutam concurrentes produxit semper quod sciam Virgilius.

Geor. 1.

Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.

Geor. 3.

Nec somnos abrumpit cura salubres.

Spargitq; salubres Ambrosiæ succos.

STER.

In STER desinentia positione producunt penultimam, vt *Campester*, *Syluester*, *paluster*, sicut etiam in Stis vt *Cælestis*, quæ quidem omit-
ti poterant.

LIS.

In LIS quæ finiunt A, E, I, & V, in penultimis producunt, vt *pluuiālis*, *iugālis*, *crudēlis*, *fidēlis*, *ciuīlis*, *herīlis*, *curūlis*, *tribūlis*.

Geor. 3.

Vere madent vdo terræ ac pluuijalibus austris.

Aenei. 3.

Heu fuge crudeles terras fuge littus auarum.

Aenei. 8.

Procedunt, gressumq; canes comitantur herilem.

Stat. syl.

Exultent leges latia gaudete curules.

4.

Exceptio.

Excipiunt

Excipiuntur quæ I fere corripunt, vt *Parilis* à par, *humilis* ab humus forte: & his similia etfi non deriuata, *similis*, *gracilis*, Item verbalia plurima, *Vtilis*, *futilis*, *tonilis*, *docilis*, *facilis*, *hæcilis* & similia.

ARIS.

Quæ ARIS finiunt penultimam producunt omnia, *familiāris*, *Apollināris*, *Molāris*, *Latiāris*, *Saliāris*,

Et ramis vastisq; molaribus inflat.

Aeneid. 8.

CEVS.

In CEVS finita præcedens A, producant, vt *Herbāceus*, *Chartāceus*, *Testāceus*, quæ tamen raro in vtu sunt: reliqua in EVS cum consonante primitiui vel positione, vel natura primitiui in antepenultimis iudicantur, vt *Ferreus*, *Cereus*, & similia. Horatius..

Cereus in vicium flecti, monitoribus asper.

II Quorsum pertinent & IVS finita, vt *Flaminus*, à flamine, sicut *Virginus* à virgine, quæ I, in antepenultima corripunt. Contra *Delphinus*, *Trachinus*, *Salaminus* producant, quippe à *Delphine*, *Trachine*, *Salamine*, & *Volsinus* à *Volsino* quod tamen corripuit Iuuenalis Satyra 3. Propria quoq; I producant in antepenultimis, vt *Lauinia*.

Exulibus ne datur ducenda Lauinia coniunx.

Atq; hæc in IVS hoc in loco coniunximus, quia quædam utroq; modo scribuntur, vt *Aethereus*, & *Aetherius*, *Aereus*, & *aerius* & similia.

B

Sed

Sed hæc quoq; ex terminatione Substantiuo-
rum in R I V M iudicari poterant. Sunt his &
similia CIVSdefinentia quæ I in antepenultimis
corripiunt, vt *Tribunicius, patricius, & propria
Fabricius*, quanquam hæc nonnulliper T scri-
bunt, vt supra in possessiuis dictum est.

Exceptio.

Excipiuntur tamen *nouitius, Apicius, Numi-
cius, Potitius*, quæ antepenultimam producant,
etsi non omnia huc pertineant.

*Iam sedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
Porthmea.*

Luuenal.

DIVS.

In DIVS propria pleraq; antepenultimam
corripiunt, vt *Vuidius, Ventidius, Ouidius*.

GIVS.

GIVS definentia noscuntur ex primitiuis,
vt *Régius à Rege, Rémigius à Remige, Péladius
à Pelago, egrégius à grege*.

LIVS.

In LIVS autem, quæ in penultima A ha-
bent, Græca fere sunt. Quæ E, huc non perti-
nent & sunt pauca. Quæ I, propria sunt & an-
tepenultimam corripiunt, *Virgilius, Turpilius,
Cecilius*, & multa similia.

Satyr. 3.

*Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope.*

Sunt tamen quæ producant penultimam,
vt *Acilius, Lucilius* apud Horatium: vel quod
duplicato

19
duplicato P, scribantur, vel quod ex origine
longa nascantur, *Manilius, Marfilius.*

Quæ O vel V habent in antepenultimis,
dijudicantur ex primitiuis, vt à Cimo^o Cimo-
lius antepenultima longa, vt Aeolus *Aeolius* an-
tepenultima breui. *Amulius* fortasse à μῶλος
penultima longa. Hoc vbi cognouit contemtor 4. Fast.
Amulius equi. Cætera in MIVS, NIVS, SIVS,
aut CIVS vel græca sunt, vel huc plane non
pertinent, quippe vel propria, vel gentilia, vel
inter possessiua dicta, quare omittimus: Hæc
tamen addere libuit, quæ in Philippicis sunt
omissa. De ijs quæ Vus desinunt non est necesse
monere ut *Annuus, menstruus*, quod antepenul-
tima positione, penultima vocali nota sit.

DVS.

Quæ DVS desinunt I ante DVS corripunt
tam denominatiua, quam verbalia: vt *squalidus,*
herbidus, lucidus, Vuidus.

Gnosia bina dabo leuato lucida ferro spicula. Aene. 3.
Vuidus hiberna venit de glande Menalcas. Eccl. 10

TIMVS.

Quæ TIMVS finiunt cum penultimam,
tūm antepenultimam corripunt, vt *legitimus,*
maritimus, finitimus.

Famaq; finitimos & clari nomen Aceste
Excierat.

NVS.

B a

In NVS

In NVS desinentia quædam consonantem habent ante NVS: quæ non annotantur: ut *ficulnus, quernus, abiegnus, aprugnus*. Quædam A, vel I habent, & iudicantur ex gentilibus, ut *Pontanus, Urbanus*, sicut *Romanus, Germanus, Vicinus*, sicut *Sabinus*. Sed excipiuntur quæ g, ante I habent in penultimis, ea enim corripuntur, ut *Faginus*, à fago. *Oleaginus* ab *Olea*, utrumq; est apud *Virgilium*.

In Ecclogis.

*Fagina celatum divini opus Alcimedontis
Truditur è sicco radix Oleagina ligno.*

Videntur his similia esse, *Adamantinus, Crystallinus, Hiacynthinus*, Et similia sed græca.

ORVS.

Quæ ORVS finiunt penultimam producunt, ut *Canorus, sonorus, Odorus*,

Aenei. 1.

Luctantes ventos tempestateq; sonoras.

Aenei. 4.

Massyliq; ruunt equites & odora canum uis.

Poterant huc referri & ea quæ A vel E latina ante RVS habent: & penultimam producunt ut *Auarus, amarus, seuerus, procerus*,

Aenei. 7.

Heu fuge crudeles terra fuge litus auarum

Aenei. 6.

Tu stygias inhumatus aquas amnemq; seuerum.

OSVS.

In OSVS terminata eadem ratione penultimam producunt, ut *Vinosus, Piscosus, cerebrosus*.

Horat.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus

Piscose

Pisces cui circum flumina Lerna.

LENTVS.

Quæ LENTVS exeunt præcedente O vel V, penultimam positione producant, antepenultimam analogia corripunt: vt *Vinolentus, Somnolentus, temulentus, paluerulentus.*

Puluerulentus equis furit, omnes arma requirunt.

Refer huc etiam *violentus* & similia.

TVS.

Quæ TVS exeunt præcedente O vel V, easdem producant, vt *togatus, tunicatus, auritus, turritus, cornutus, astutus, verutus.*

Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Aeneid. 7.

Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes Aeneid. 6.

Assuetumq; malo Ligurem, Volsiosq; verutos. Geor. 4.

Sunt etiam quæ ES ante TVS habent, eorum penultima vt fit longa positione, ita antepenultima ex origine sua iudicanda est, vt *honestus* ab honos, *Venustus* à Venus.

VVS.

Quæ VVS vna syllaba exeunt, si præcedat I, penultimam producant, vt *Furius, Festivus.*

Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.

His addunt gentilia quæ A, habent in penultima,

B 3

tima,

2
tima, vel E, vt Batāuus, quod tamen Lucanus
corripuit, & sueuus, & similia.

SIMVS.

Numeralia in SIMVS penultimam corripunt, antepenultimam producunt, vt vicēsimus, Centēsimus, Millēsīmus.

Lucan.

Stabit barbarico coniunx millesima lecto.

IMVS.

Quæ IMVS exeunt penultimam corripunt, vt Septīmus, Decīmus, Vndecīmus.

Eccio. 8.

Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus.

Excipe tamen primus, vt

Primus ego in patriam mecum modo vita superfit.

Reliqua aut vocali ante vocalem, aut positione nota sunt, vt secundus.

Nonus & octauus penultimam producunt, Distributiuæ quæ vocant siue E, siue I, in penultima habeant, eandem producunt, vt Bīni, quīni, sēni, dēni, vicēni, centēni, millēni.

Bis quinos silet ille dies tectusq; recusat

It grauis Anletes centenoq; arbore fluctum

Verberat.

VERBALIA.

Etsi nonnullas terminationes cum denominatiuis coniunximus tamen supersunt adhuc nonnullæ aliæ.

A quæ

A.

A quæ finiunt cum consonante præsentis, quantitatem verbi retinent, vt *Scriba* à *scribo*.

NA.

In NA consonantem pene adiunctam habent, vt *Lucerna*, *laterna*, quæ & ipsa in penultimis verbi quantitatem sequuntur: excipe tamen *lucerna*, prima correpta à *luceo*, quod primam producit. Reliqua ex superioribus nota sunt.

RA.

Quæ RA exeunt præcedente V eam producant, vt *creatura*, *Natura*, *Armatura*: fiunt à supinis posterioribus, & imitantur participia fœminina futuri temporis.

Natura sequitur semina quisq; sua.

IO.

In IO quæ exeunt penultimam corripunt ex regula vocalium: antepenultimam vel corripunt vel producant secuta primitiua, vt *légio*, à *lego*, *Régio* à *rego*, *oratio* ab *oratu*, *statio* à *statu*: ex supinis iudicantur: sicut & alia, vt *ambitio* ab *ambitu*. *Internecio* annotatum est à *Prisciano* ab *internectu* abiecta T, & penultima correpta: vt placet *Grammaticis*, cum tamen exemplum nullum vspiam sit,

B

D.O.



D.O.

In D O cum consonante præsentis, penultimam etiam præsentis habent: & eandem exemplis defendunt. Reliqua à superioribus pete.

IL & VL.

In IL & VL, vt *vigil* & *consul*, eadem ratione penultimam præsentium habent.

TIVM.

Quæ TIVM exeunt præcedente A, penultimam producant analogia verbi sui, vt *Solati-um* à *Solatu*.

CVLVM.

CVLVM quæ finiunt eadem ratione iudicantur, aut enim A, aut I, verbi sui producant: vt *oraculum*, ab *orare*, *habitaculum* ab *habitare*, *periculum* à *perire*: Nota sunt *ferculum* à *fero*, & *speculum* quasi *speciculum* prima verbi corrupta.

MENTVM.

Quæ MENTVM exeunt, pari ratione in antepenultima verborum vocales retinent *testamentum* à *testatum*, *vestimentum* à *vestitum*, *detrimendum* à *detritum*, *Incrementum* ab *incrementum*, antepenultimis productis.

V M.

V M.

In V M cum consonante verbi penultimam verborum habent, vt *velum*, *regnum*; Itaq; à verbis quantitas petenda est.

M E N.

Quæ M E N finiunt, si ante M E N vocalem supini habent longam, eandem & ipsa producant: vt conueniat penultima in his cum antepenultima in superioribus quæ MENTVM exeunt: quæ & ipsa in E N desisse & adiecisse TVM, creduntur: vt est apud Vallam lib. 6. vt *flāmen* à flatum, *forāmen* à foratum. *Lenīmen* à lenitum. Aut si supina non sint, vocalem tamen verbi longam imitantur.

Cornua detorquentq; ferunt sua flamina classem.

Aene. 5.
Aenei. 3

Solameng; mali de collo fistula pendet.

Exceptio.

Excipiuntur quæ descendunt à supinis quæ vel penultimam corripunt natura, vel positione producant, vt à *spectum est specīmen*, à *rectum regīmen* penultima breui.

Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis. Aene. 12

Flumen tamen quod à fluctum trahunt, & *legūmen* à lectum, penultimas producant sic *semen* à satum, *stāmen* à statum.

C E N.

A 5

Quæ



Quæ CEN desinunt à cano composita sunt,
& I, in penultima corripunt, sicut etiam alia
composita, de quibus suo loco, vt *Tubicen*, *Cor-*
nicen, *fidicen*, præterquam *Tibicen* quod penultima
mam producit.

Horat.
in arte.

Romana fidicen lyra. Choriambicum est.
Tibicen, traxitq; vagus per pulpita vestem.

AR.

In AR terminata ex denominatiuis nota
sunt, vt *torcular*.

TOR.

In TOR quæ finiunt, si vocalem habent
in penultima eandem seu corripunt, seu pro-
ducunt: in morem supinorum, vnde fiunt:
vt à regnatum, fit *regnator* penultima longa, à
conditum fit *conditor*, penultima breui.

Aene. 2.

Regnatorem Asia, iacet ingens littore truncus.
Tum Rex Euandrus Romana conditor arcis.

Denominatiua I, in penultima corripunt,
vt *Vinitor*, *Portitor*, *Ianitor*: A producunt, vt
Senator.

Georg. 2

Horat.

Satyr. 6.

ib. 1.

Sermo.

Iam canit extremos effatus vinitor antes
Artes, quas doceat quiuis eques atq; senator.

OR.

In OR cum consonante verbi finita penul-
timas verborum habent, ab ijs petendas: vt *dō-*
lor, à *doleo*, *amor* ab *amo*.

VS.

V S.

Quæ vero in V S exeunt, cum quo consonantem supini iungant: tantas item habent penultimas, quantæ sunt supinorum: vt à Visum *Vīsus*, penultima longa: à statum *stātua*, penultima breui: quare & supinorum regulis defenduntur.

TRIX.

TRIX finita pertinent ad ea, quæ TOR exeunt, quorum sunt fœminina: vt *genitor, genitrix*. Atq; hæcenus de substantiuis, nunc addamus de adiectiuis.

LIS.

Quæ LIS desinunt præcedente I, siue cum supini: siue cum præsentis consonante: penultimam corripunt, vt *Sesilis, fissilis, futilis, utilis, q. frons* *flexilis*. *herba q. surgunt in albis*

Flexilis obtorti per collum et circulus auri. Aene. 5.

Id quod supra etiam diximus: repetere tam libuit, quia tam sunt multa.

BILIS.

Quæ BILIS terminantur A, E, O, & V, in antepenultimis producunt, vt *amabilis, delēbilis, mōbilis, nūbilis*.

Vt ameris, amabilis esto.

IAM

Iam matura viro iam plenis nubilis annis.

Exceptio.

Excipitur *stabilis*, quod A corripit, etsi à stare deductum.

Concordes stabili fatorum numine parca.

Quæ vero I, habent ante BILIS: si vna tantum syllaba excedunt supinum: vt penultimam supini in antepenultimam transferant: eandem quanta in supino fuit, retinent: vt à cupitum *cupibilis*, à scitum *scibilis*, antepenultima producta. à territum *terribilis*, à creditum *credibilis*, eadem supini correpta. Quorum & *stabilis*, referri poterat à statum. Sin supinum duabus syllabis excedunt vt potius à præsentis deriuata videantur, tam penultimam vt reliqua: quam antepenultimam semper corripunt, vt *sensibilis*, *visibilis*, *credibilis*.

Aene. 3.

Hic incredibilis rerum fama occupat aures.

TIVS.

Quæ TIVS exeunt præcedente I, antepenultimam corripunt, vt *commendatitius*, *supposititius*, de qua forma supra tam in Denominatiuis, quam possessiuis.

BVNDVS.

Quæ BVNDVS exeunt eam quæ præcedit corripunt & producant. Producant quæ à verbis sunt, primæ, vt *errābundus*, *iactābundus*, corripunt reliqua, vt *Tremēbundus*, *furībundus*, quorum quidem exempla extant.

Erra.

20

*Errabunda bouis uestigia forsitan illum,
Ille astu subit, at tremebunda superuolat hasta.* Aenc. 10

CVNDVS.

Quæ CVNDVS definunt A & E in ante
penultimis producunt. I, autem corripunt.
vt iracundus, verecundus, rubicundus.

Horat.
in arte.

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer.

Disce verecundo sanctius ore loqui.

Quam tamen in verecundia corripuit Gallus

At rubicunda Ceres medio succiditur astu.

LVS.

In LVS finientia V, in penultimis corripunt, *vt Bibulus, credulus*, antepenultima verbi est. His addunt etsi non verbalia, ne quidem deriuata omnia, quæ I in eadem penultima corripunt, *vt Nubilus: Mutilus, Rutilus.*

Aene. 5.

Reliquias vino & bibulam lauere fauillam.

VVS.

VVS vna syllaba præcedente I, producunt penultimam, *vt etiam denonatiua, satiuus,* & similia.

AX.

In AX dissyllaba penè sunt & ex verborum quantitate iudicanda, aut etiam autoritate censenda, *vt loquax* à loquor prima breui, *dicax* à dico prima breui: Etsi verbum producitur, *vt apud Horatium,*

Qui captat risus hominum famamq; dicacis.

Horati.

Etsi

Et si autem plures formæ deriuatiuorum reperi-
 ri, & ex alijs ascribi poterant: tamen nos istis, in
 presentia contenti erimus secuti libellos Philippi-
 cos. Et sanè putamus reliqua facile vsum & lectio-
 nem suppeditaturam. Comparatiua & Superla-
 tiua non arbitramur excutienda esse, quod & certæ
 sint terminationes, & formationes satis prolixè præ-
 scriptæ. Accedamus ad vltimam partem scilicet ad
 incrementa verborum deriuatorum. In his autem
 sequimur Miczyllum non quidem ordinem verbo-
 rum: sed terminationum seruantes.

**TERMINATA VERBORUM DERIVATI-
 VORUM CO.**

Verba quæ in CO desinunt, si consonantem
 adiunctam habent, positione producuntur: vt
 Inchoatiua feruesco, labasco. Sin vero I, habent
 ante C quæ non sit primitiui litera: sed quæ ter-
 minatione accesserit, penultimam corripunt,
 vt claudico, nigrico, vendico, vellico.

*Nec prata canis albicant pruinis. lambicus est
 purus.*

LO.

LO eadem ratione I, ante LO corripuntur,
 vt ventilo.

Proper.

Hanc Venus vt viuat ventilat ipsa facem.

RO.

Quæ RO desinunt à nominibus putarunt
 formari, & E vel O ex casu primitiui iudicari,
 vt à lacër, laceri, fit *lācero*; à genus genèri, fit
genèro:

31
genēro: ab honos honōri, fit honōro: à sopor
sopōri, sopōro. Quæ ex incrementis declinatio-
num censentur.

TO.

Quæ TO finiunt ferè à supinis fiunt, quo-
rum sequuntur quantitatem, vt à dictum dicto:
à dormitum dormito: à citum quod est à cieo,
cito, excito.

Et pater Aeneas & auunculus excitat Hector. Aene. 5.

Reliqua I, in penultima corripunt, vnde-
cunq; facta, vt factito, lectito, dictito, clamito,
latito, agito, imperito.

Dictitet Albano musas in monte locutas. Horati.

RIO.

Quæ RIO desinunt, V in antepenultimis
corripunt, vt Esurio, parturio.

Et nunc omnis ager nunc omnis porturit arbor. Horati.

Hæc tamen dicuntur à supino fieri: à quibus
differunt, quæ aliunde deducta sunt, & V in an-
tepenultimis producant, vt Ligurio, scaturio.

Tractavit calicem manibus dum furta ligurit Horati.

Atq; hæc etiam de verbis hoc in loco adie- Satyr 4.
cisse satis fit. sib. 2. sero

PARTICIPIA.

Est ne aliarum partium etiam ana-
logia aliqua?

Est participiorum & aduerbiorum. Quæ
quia est non magnæ operæ, vt breuibus absol-
ui possit: hic adiciemus. Præsentis quæ sunt,
regula

2
regula opus non habent. quod præter ultimam
reliqua sint uerborum, ex quibus iudicari que-
ant.

Quæ præteriti sunt, & TVS, SVS, XVS,
exeunt, penultimas aut positione producunt:
aut ex supinorum, quorum eæ sunt, regulis con-
gnoscentur, ut *Visus* à *Vilum*, *amatus* ab *ama-*
tum, *nexus* à *nexum*.

Exceptio.

Vnum excipiunt *ambius* penultima longa,
cum *supinum itum* eandem corripit: ut *Ouis*
diut. 1. *Metamorph.*

Iussit & ambita circumdare littora terra.

Participia futuri temporis aut DVS aut RVS.

DVS.

Quæ DVS desinunt positione penultima
producunt omnia, ut *amandus*, &c.

Quæ RVS, V in penultimis producunt, ut
amatūrus, *doctūrus*, *lectūrus*, *auditūrus*.

Aene. 8. *Si visurus eum viuo & venturus in vnus,*
Vitam oro. **VIADVERBIA**

Aduerbiorum terminationes sunt plures,
ideo & hæc analogia quædam inter se conferri
possunt. Ea quæ comparantur in E, aduerbia
cuiuscunq;

53
cuiuscunq; gradus sint, primitiuorum penulti-
mas habent, vt à malus *male*: à pessimus *pessi-*
me. Sic à Tyrannicus *Tyrannicè*: à minor *minus*
& similia. Ad quæ necesse non est exempla nos
addere.

Exceptio.

Excipiunt *magis*, prima breui, à *māius*. *Sē-*
cius prima longa, à *secus*. *Pārum* à paruum.
Quod tamen, sicut *magis*, cum positionem non
habeat sui primitiui, recte corripitur.

Interea toto non secius aere ningit
Non secus ac patrijs acer Romanus in armis.

Geor. 3.

TER.

Quæ in TER exeunt, in penultimis corri-
piunt, vt *fortiter*, *viriliter*, *suauiter*.

Fortuna viriliter inquit
Ista ferenda tibi.

I.

Didius

TIM.

Quæ autem TIM desinunt, A, I & V, in pe-
nultimis ferè producunt, vt *paulatim*, *minutā-*
tem, *virūtim*, *tribūtim*.

Paulatim adnabam terræ, Etiam tuta tenebam.
Ossa minutatim morbo collapsa traherat.

Aene. 6.
Geor. 3.

Exceptio.

Excipe *statim* prima breui, fortasse à *statum*.
Affatim excepit Priscianus quasi non à latino
C affātum:

in affabilis
affatum: sed à Græco factum sit. Quod autem
à Grammaticis exempla adducuntur, quibus
statim prima producta ponatur: aut falsa sunt
haud dubiè aut talia, vt quanta sit prima ex ijs
cognosci non possit.

T V S.

Quæ T V S desinunt I, in penultimis corripiunt, vt radicitus, funditus, penitus.

Lucreti. Nec radicitus euelli mala posse putandum est.

Atq; hæc regula in genere de analogia tradi possunt. Quæ præterea in specie etiam addi poterant, nequaquam accumulandas esse putauimus: & habita nostrorum ratione, & quia ab alijs illa iam adulta ætate cognosci possunt. Nunc porro ad ea accedamus quæ regulis cognoscuntur, ijs quæ sunt Prosodia propria. Hic vulgarem tenebimus ordinam, vt primum generales regulas de omnibus syllabis: deinde speciales de vltimis syllabis tradamus.

DE REGULIS GENERALIB.

Dic igitur primam regulam
generalem.

I. Regula.

Positio omnis longa est.

Quid vocas positionem?

I. Cum vocalem sequuntur duæ consonantes, **modus** vt *ars, mons, arma*, idq; vel in eadem dictione, vel in duabus: Si vltima præcedentis dictionis, & prima sequentis sit consona.

Italiam

Italiam fato profugus Lauinaq; venit.

Aene 12

Vbi illud etiam monendum, obtinere vim consonantium I, & V, positas cum alijs vocalibus, vt *abijcio, aruum, aruina*: in quibus primæ omnes sunt longæ positione.

Cum vocalem sequitur vna duplex X vel Z,

II.

vt *Axis, Gaza,*

Quando I, ponitur inter duas vocales: sed

III.

in dictione simplice, vt *māior, pēior.*

Excipiuntur ab hoc modo composita, in quibus I, inter duas vocales non facit positionem, vt *bijūgus, quadriūgus.*

Non tam præcípites bijugo certamine campum. **Aene. 5.**

Corripuere.

Ingenti mole Latinus

Aene. 12

Quadriūgo inuebitur curru.

Quod addunt Grammatici verbum *Reijcio*, non puto rationem habere. Nam & sæpius produxit Virgilius, quàm corripuit: & vbi corripuit, vt in Bucolicis:

Tityre pascentes à flumine reijce capellas.

In Eglogis.

Id potest defendi exemta vna litera, vt pro *Reijce*, scribatur, *reice.*

Quare Seruij authoritas, vbi dicit *RE* natura breue, per *Ectasin* produci: super hoc verum su.

Sic ait atq; oculos Rutulorum reijcit aruis:

Non est admittenda. De qua re vide *Erythræum* in indice Virgiliano.

Re cum ubi in pro composita p dicitur.

Q 2

Cum

tem
ibus
sunt
x ijs

orri-

est.

pos-

ant,

ba-

iam

d ea

sunt

rdi-

syl-

mtis.

B.

tes,

one,

ctios

iam



IIII. Cum V ponitur inter duas vocales quarum prior I, sit vt *dīuus, clīuus, vīuus, rīuus*. Eadem est præteritorum ratio, vt *audīui, petīui, cupīui*. Illud de positione non præterierim: apud Latinos in diuersis dictionibus sic eam semper fieri, vt vna de consonantibus claudat præcedentem dictionem coniuncta cum vocali: altera sit initium sequentis.

Vi sup̄erum seuæ memorem Iunonis ob iram.

Nunquam autem Græcorum more, vt præcedens dictio desinat in vocalem: & sequens incipiat à duabus consonantibus: nisi id licentia quadam poetica, vt in his.

Tribulaq̄, trabeaq̄, &c.

Quæ tamen ab alijs censura defenduntur. Hæc nos ita breuiter saltem monemus, cum res possit multis exemplis & autoritate imprimis Terentiani declarari: id quod fecerunt alij.

Dic exceptionem.

Liquida cum muta facit syllabam ancipitem,
vt *Cerēbrum, cerēbrum, Cygnus, Cygnus.*

Horati.

Donatura Cygni si libeat sonum.

Choriambicum est, prima breuis.

Candidior Cygnis hedera formosior alba.

Prima longa est.

Admonitio.

Sed volunt hîc Grammatici, vt liquida & muta ad eandem pertineant syllabam: si enim
diuisæ

diuisæ sint: non valere regulam: vt in compo-
 sitis *abluo*, *abnuo* primæ longæ sunt positione.
 Tum vt vocalis quæ præcedit liquidam & muta
 tam breuis sit: quòd quæ longa est natura, non
 corripitur. Adde vt præcedat semper muta
 non liquida, vt *albus*, *arbor*: nemo dixerit pri-
 mas ancipites propter liquidam & mutam. Re-
 perias autem & duas liquidas simul correptas
 vt apud Ouid. 3. Metamorph.

Bistonijs habitata viris Polymnestoris aruis.

II. Regula.

Dic secundam Regulam.

Vocalis ante Vocalem corripitur in eadem
 dictione: vt, *Tenuis*, *Dardanius*, Loquimur au-
 tem de vocabulis quæ vim consonantium non
 habent.

Exceptio.

Dic primam exceptionem ¶

I.

Fio primam producit in ijs temporibus quæ
 R, non admittunt, nam vbi R, est, eadem cor-
 ripitur.

Omnia nunc fient fieri quæ posse negabam.

Dic II. exceptionem ¶

Genitiui antiqui primæ declinationis penul-
 timam producunt, vt *Aulai*, *piclai*, *aurai*, & his
 similia.

C 3

Aalu-

Aulāi in medio libabant pocula Baccho.

Dic III. exceptionem.

✕ Etiam quintæ declinationis casus E, ante I in penultimis producant: sed ubi præcedat I, ut *materiēi, faciēi, diēi.*

Lucreti.

Omnia corrient concepta luce diei.

✕ Sed ubi præcedit consona, E, in penultima corripitur, ut *fidei.* Horat.

Tantum habet & fidei.

Lucretius tamen & R E I, & E I produxit ut in sexto.

Lucretius in sexto.

Ipsius rei rationem reddere posse.

Scilicet ut fluuius qui visus maximus ei.

Dic IIII. exceptionem.

✕ Genitiui pronominum & similes in IVS penultimam habent ancipitem, ut *illius, ipsius, vnius, solius.*

Virg. I.
Aeneid.
eodem.

Vnius ob noxam & furias Aiaceis Oilei.

Nauibus infandum amissis vnius ob iram.

✕ Excludunt *alius*, cuius genitiuus semper penultimam producit: & *alter* cuius genitiuus semper corripit penultimam.

Dic V. exceptionem.

✕ Vocatiui à nominatiuis in IVS præcedente vocali, penultimas producant, ut *Cāi, Pompēi*, quos quidam olim per duplex I, scribi solitos putant: atq; ita positione fuisse longos: nunc cum scribendi ratio mutata sit, mansisse tamen eandem quantitatem.

Quod

Quod peto da Cāi non peto consilium.
Accipe Pompei deductum carmen ab illo.

Martial.
lib. 2.
Ouid. 4.

Dic V I. exceptionem.

Interiectiones quædam vocalem ante vocalem producant, vt Eheu.

Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo. Ecclo. 3.

Alij & legunt & scribunt Heu diuisis syllabis.

Ohe alias producitur, vt,

Satur est cum dicit Horatius Ohe.

Satur. 7.
apud Iuuenalem

Alias corripitur.

Ohe iam satis est, ohe libelle.

Addunt & Grammatici aba & vaha quæ vix vsquam reperias. Reliquæ vero corripuntur apud Comicos. **DE VOCALIBVS GRÆGORV.**

Græcorum magna est varietas: Nos ea tantum subiiciemus, quæ contra regulam vocalem ante vocalem producant, à latinis vsurpata poetis, atq; id faciemus breuiter.

A ante E, in primis syllabis.

Producitur in his, vt aër.

Ipsis est aër auibus, non equus, &c. Et aëreus.

Aëry specula de montis in altum, Deserat

Læertes, lærtius, Læertiades.

Læertesq; senex Thelemachusq; puer.

A ante I.

Producitur in his Nāis, Thāis, Lāis.

Tibi candida Nais.

Pallentes violas & summa papauera carpens. Ecclo. 2.

Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse.

te I
t I,
ima
t vt
pe
ni
per
aus
nte
dei,
tos
inc
nen
uod

Dicitur, & multis Laïs amata uiris.
Thāis habet nigros, niueos Leuiana dentes
Item Lāius apud Statium.
Huc referunt & Cāin quod produxit Pru-
dentius.

A ante O.

Ferè producit in primis syllabis, vt ãon,
ãonius, ãonides, Chãon. Chãonius, Chãonides.

- Ecclo. 6. Aonas in montes vt duxerit vna sororum.
Aene. 3. Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.
Lãocoon, Lãomedon, Lãomedontides.
Laodamia, Laodocus.
Aene. 2. Laocoon ardens summa decurrit ab arce.
Aene. 4. Laomodonteæ luimus periuria gentis.

Exceptio.

- Excipiuntur Chãos, Phãon & ãornos.
Vnus erat toto natura vultus in orbe,
Quem dixere Chaos.
Tu mihi cura Phaon.
Ouid. 1.
Meta-
morph.

A ante Y.

Producit in Tãygetus & Tãygete.
Virginibus bacchata Lacenis.
Taygeta.
Maian & Electram Taygetamq; Ioui.
Reliqua corripunt A vt Cayster, Caycus.
Phayllus.

E ante A.

E ante A, producit, vt

Sape

Sape tua poteras Leandre carere puella.

Ovidius

Sed hæc iudicantur ex scriptura apud Græcos.

Musæus alias λέανδρος & alias λέανδρος scripsit, Huc refer & Rheæ nymphæ nomen apud Virgilium.

de arte amandi.

Collis Auentini sylua quem Rheæ sacerdos.
Alias corripitur.

Aene. 7.

E ante E.

Vnicum est exemplum, quod E ante E corripiat vt *Eetian*; & inde deriuata.

12. Me.
tamor.
4. Fastorum.

Eetionæas impleui sanguine Thebas
Et Tenedon, veteres Eetionis opes.

E ante I,

E ante I, ferè producitur in primis syllabis, vt *pleias* trisyllabum est, prima longa.

Quatuor autumnus Pleias orta facit.

Aene. 2.

Sic *Tēius, Tēia, Tēium*, Item *Dēiphobus, Dēianira*. *Cēius a, um*, à *Cēo* quæ & *Cos* dicitur.

Iam Deiphobi dedit ampla ruinam.

Vulcano superante domus.

Impia quid dubitas Deianira mori.

E ante O.

Vt in *Eos* & *Eous* alias breuem, alias longam habet: vt in illo Propertij lib 2.

Siue illam Hesperijs, siue illam ostendat Eois.

Vret & Eoos, vret & Hesperios.

Dēois apud Ouidium & Metamorphosion producitur.

C 5

Mnemo.

pe



Mnemosynen pastor, varius Deoida serpens.
Reliqua corripuntur.

E ante Y.

Vnum est huius formæ exemplam prima
producta, vt Cēyx.

Gestumq; manus Ceycis habebat.

I ante A.

Producitur in his *Priamides*: etsi *Priamus*
& *Priameius*, primam corripunt.

Aeneid. 3.

Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Iapetus, Iapetionides

Audax Iapeti genus. Horatius,

Iapetides apud Ouidium citharædi nomen
primam corripit.

Meta. 5.

Tu quoq; Iapetide non hos adhibendus ad vsus.

Iasius, Iasides,

Phthia, dia, phthias,

Aeneid. 6.

Ouidius

Cum domus Assaraci Phthian clara sçq; Myce-

Qua breuis aquoreis Dia feritur aquis.

I ante E.

Producitur in his *Pierus, Pierius, Pierides.*

Meta. 5.

Pierus has genuit Pellæis diues in oris.

Priene anceps est.

I ante O.

Producitur, vt, *Io, Cio, Spio,*

Ante oculos Io, quamuis auersus habebat.

Quod tamen etiam corripitur.

His adde & *Diogenes, Thiodamas* quos Sta-
tius vitur octauo. *Priou* apud Flaccum. *Ionium*

prima

prima longa pro mari: Pro regione prima breui.

I ante V.

In adiectiuis producitur, vt, *Dīus, a, um, Chūs, a, um, Phthūs, a, um*. Sicut & primitiua *Dīa, & Phthīa*, de quibus supra. *Chios* autem primitiuum corripitur.

O ante A.

Producitur in voce, *Oārion* pro *Orion*, qua vsus est Catullus, in Elegia de coma Berenices.

Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Et *Trōas* foemininum, & *Trōas*, accusatiuus plural. & similia produciuntur.

Troas reliquias Danaūm atq; immixtis Achilli

At procul in sola secreta Troades acta.

Aene. 5.

O ante E.

Longum est quibusdam, in *Nōe*.

O ante I.

Producitur in his, *Trōilus, Zōilus, Trōius, a, um, Stōicus*, tametsi *Stōa*, primitiuum primam corripit.

Parte alia amissis fugiebat Trōilus armis.

Rem magnam praestas Zoile si bonus es. (das. Martial

Arma virūm tabulaq; & Trōia Gaza per vn- Aenei. 1

Continuo sanus? minime, cur Stoice? dicam.

Huc referunt & Bōius & similia.

O ante V.

Producis

4
Producitur in deriuatis, vt *Cōus, a, um,*
Hic dat auaritiæ causas & Coa puellis
Vestis. Apud Tibullum lib. 4. Elegia 4.

I ante A.

Producitur, vt *Thyas, Cyanus, Cyaneæ,* quadrisyllabum: trisyllabum enim breue est: in alijs corripitur.

Aene. 4. Thyas vbi audito stimulant trieterica Baccho.
Luc. 2. Cyaneas tellus emisit in aquora cautes.

Reliqua secundum regulam corripuntur.
Atq; hæc de primis syllabis contra secundam regulam: persequamur nunc medias syllabas.

A ante alias in medijs syllabis.

A ante A & E.

De qua quia ferè ponitur in peregrinis, vt *Abraham, Michael,* non putamus quicquam præcipiendum esse: quod videre sit promiscue, & ad cuiusq; arbitrium hæc posita: etsi ex superioribus quidam produxerunt, quorum tamen exempla non addo.

Ante I.

Producitur, vt *Achæia, Panchæia*
Totaq; thuriferis Panchæia diues arenis,
Sic & *Achæis,* quod tamen *Achæis,* quidam malunt legere. Huc refer & illa, *aulæi, auræi, aquæi,* & similia.

A ante

95

A ante O.

Producitur ferè, vt *Amythāon*, *Lycāon*, *Dolicāon*, *Machāon*, *Chrysaon*, *Imāon*, & similia huius formæ valde multa.

Ipsa immota manet prolem Dolicaonis Hebrum, &c.

Aene. 10

Aene. 10

Audijs illa Deus: dum textit Imaona Halesus.

Barbara hic rursus non inculcamus, vt *Gabāon*, quod corripuit Sedulius: *Pharāon* Atrator produxit, Claudianus corripuit. Ita enim sibi quivis de his licere voluit, id quod libuit: Cum in græcis authoritatem sequi necesse fuerit.

A ante V.

Producitur in ijs quæ à *lāos* composita sunt & ad primas syllabas pertinent, vt *Menelāus*, *Protesilāus*, *Agefilāus*, & similia penè infinita.

Primusq; Machaon.

Et Menelāus, & ipse doli fabricatur Epeus. Aenei. 2

Quam formam sequuntur & nostratia, seu potius Heneta, vt *Bugislāus*, *Boleslāus*, *Mislāus*,

Ebrea, vt *Emāus*, *Esāu*, *Capernāum*, etiam *A* longa posita reperiuntur. De his vide *Despauterium*, qui contra disputat.

E ante A in medijs syllabis.

Producitur vt *Aeneas*, quod notius est quàm vt exemplum adduci debeat, Ad cuius formam & *Andreas* producunt: etsi quidam corripere maluerunt. Huc pertinent illa *Calliopēa*, *Galahēa*, *Cassiopēa*, *Penthesilēa*: quæ scilicet græcis per ei

per ei diphthongum scribuntur, vnde cunctis de-
riuada. Et in as quæ eadem ratione extendun-
tur. vt *Oræas* & *Paræas*.

Aenei. 1. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.
Aenei. 1. Penthesilea furens, medijsq; in millib. ardet.
Quam mille secuta.
Hinc atq; hinc gloriuntur Oreades, illa
pharetram, &c.

Adde etiam vrbium nomina, vt *Alexandræa*,
Antiochæa, *Laodicæa*, & similia de quibus infra,
& obliquos qui aliquando extensione, quam
Ionicam vocant, producantur, vt *Idomenæa*,
Ilionæa.

Aene. 3. Idomenea ducem, desertaq; littora Cretæ.
Aene. 1. Ilionea petit dextra, leuaq; Serestum
Chorea ancipiti penultima reperias-
Aene. 6. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina di-
cunt.
Aene. 9. Desidia cordi, iuuat indulgere Choræis.

Sic & *platea*, *Malea*, *Romphea*, cum non
scribuntur per diphthongum: tum vel produ-
cuntur vel corripuntur. Est & *Græa*, apud Sta-
tium, 7, prima producta.

E ante I.

Plerunq; in medijs producitur, vt *Chryseis*,
Briseis, *Cadmæis*, *Elæis*, *Nelæis*, *Pelopæis*, *Penæis*,
Priamæis, quæ patronymica sunt feminina.
Sic & adiectiua diphthongo soluta, vt *Aenæius*,
a, um, *Bacchæius*, *a, um*, pro *Baccheus*, *Danaëius*,
a, um pro *Danaeus*, *Dryopæius*, *Nelæius*, *Pelopæ-*
ius, *Priamæius*, *Penæius*, *Pegaseius*, *Rhodopæius*,
Semea

47

Semelēius, Thesēius, Triopēius. Sic & substantiua
eadem, diphthongo soluta, vt *Elegēia.*

Haud illi stabunt Aeneia paruo

Aene. 10

Hospitia.

Quia memorandum aequè Baccheia dona tulere.

Geor. 2.

Flebilis indignos Elegeia solue capillos.

Amor. 3.

Ex superioribus fœmininis annotantur ta-

Eleg. 8.

men quæ variant, vt *Aeneis, Nereis.*

Et tamen ille tuæ fœlix Anēdos author,

Ouidius.

Res quoq; tanta fuit quanta subsistere vati.

T. 1. 2.

Anēdos summo grande fuisset opus.

3. de pon-

Discedunt placidisq; natant Nerēides vndis.

to.

Nerēidum matri & Neptuno Aegeo.

Ecclo. 4.

Sicut & alias Virgil. corripuit.

13. Mes-

Quod idem posse fieri in alijs putant. Sed
in his sine autoritate iunioribus nihil auden-
dum arbitror. Cum præsertim in his exemplis
contractio fieri possit: quemadmodum illa fre-
quens est: atq; ita factò trisyllabo defendi prior
ratio. Etsi non negarim apud Statium, *Nereis*
nominatiuum sic positum esse.

tamor.

Fluctibus inuisis iam Nerēis imperat Helle.

Tum vero & alia aliorum origo est.

E ante O.

Producitur in voce *Lagēos* apud Virgil. In
reliquis corripitur.

Geor. 2.

E ante V.

Producitur frequens in medijs vt *Phanēus,*
Alphēus, Penēus, Spondēus, Chorinēus.

Imolus & assurgit quibus & rex ipse Phaneus.

Geor. 2.

Cuneta

Geor. 3. *Cuncta mihi Alpheum linquens lucosq₃ Molortibi.*
Aenei. 6. *Ossaq₃ lecta cado texit Chorineus abeno.*

Sic etiam volunt nominatiuos in Eus nonnunquam soluta diphthongo E producere, vt *Grineus*, *Anteus* & similia.

In Ecclogis. *Sed nunc Italiam magnam Grineus Apollo*
Aene. 10 *Protinus Anteuus, atq₃ Lycam prima agmina.*
Turni.

Reliqua composita & deriuata ferè corripuntur. *Zebedeus* barbarum, in differenter positum est ab ijs, qui sunt vsi.

I ante A in medijs syllabis.

I.

Substantiua à verbis in éuo deducta quæ græcis per diphthongum scribuntur, producuntur, vt *Dulcia*, *latrãa*, & inde composita *Idolatrãa*, *Ironãa*, *Magãa*, *Mantãa*, & inde composita: *Hermenãa*, *pedãa*, *politãa*, *angarãa*: quarum tamen vocum vsus, carmen potius defœdat, quàm ornat.

II.

Secundo producuntur quæ in GENIA & DAMIA desinunt, deducta ab adiectiuis per NS & alia eiusdem originis, vt *Iphigenãa*, *Amphigenãa*, *Eugenãa*, *Astydamãa*, *Deidamãa*, *Hippodamãa*, *Laodamãa*.

4. Fast. *Pro nece complexus Iphigenia dedit.*
Eleg. 4. *Aemonis Aemonio, Laodamia viro.*
In Epist. *Etsi nonnullorum adiectiua etiam in OS*
exeunt. Huc deinde referunt & alia Epiphanãa,
Endele-

45
Endelechia, Eumenia, Eusebia: Periphria, Ho-
meomeia, apud Lucretium.

III.

Tertio producuntur quæ aut ipsa à masculis
nis in eug descendunt: aut gentilia in eug de se
producunt: vt Aegialia ab Aegialeus: & illa
ciuitatum, Anemoria, vnde est ἀνεμωριεύς Co-
ronia, Lebadia.

Aut Cyrrham tauris Anemoriamq; supinant.

Messe Coroniam Baccho, Glystanta colentes.

Et valles Lebadia tuas.

Stat.

In 6.

Theb.

7, Theb.

Hic adiungunt Alexandria, Antiochia, & si-
milia, quæ omnia formant ex se gentilia in eug:
quorum tamen nonnulla per E efferuntur, vt
supra.

IIII.

Quarto producuntur & alia, vt Argia ab Ar-
gos, Cratia à κράτ & vnde Democratia, Ari-
stocratia, & similia: Elegia ab ἔλεγος.

Opus ipsa nouarat. Meonijs Argia
modis.

Statius.

V.

Quinto producuntur & propria Augias,
Thalia, Hyperia, Oribyia, Ilihyia, Peridia, largia,
fontis nomen Lampia, vrbis, & multa præterea.

Fleuit & effusus reuocans Hyperia lacertis

Nomen Echionium matrisq; genus Peridia.

Virgill.

D

Dilectaq;

Dilectaq₃ diu caruit Deus Oribhya, Quod
tamen quadrisyllabum tantum legunt.

I ante O.

Producitur ut Arion, Amphion, Ixion, Orion,
Echion, Hyperion, Methion,

In Eglo. Orpheus in syluis, inter delphinas Arion

Eglo. 1. Amphion Dirceus in Acteo Aracyntho.

Quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumq₃

Huc pertinent etiam ab his deducta ut Ixio-
neus, Echionus.

Geor. 4. Atq₃ Ixionei vento rota constitit orbis

Aenc. 12 Nomen Echionium matrisq₃ genus Peridia

Huc refer & Thespio sicut Spio & Clio, de qui-
bus supra in primis syllabis.

I ante V.

Hic recensent quidem multa, quorum ta-
men usus non est frequens in carmine: ut à ver-
bis in σύω & nominibus in ευε formata: quæ
I ante V producunt: qualia sunt *brabium*, *Bac-
chius*, *Basilus*, *Epicedium*, *Epicedius*, quorum
tamen aliqua per E longum efferuntur, ut
Bacchēus, aliqua penultima breui & scribun-
tur & ponuntur, ut *Epicedium*, Deinde à ver-
bis πολερ, δ'έχεδρ, τρέφει, ut *Pharmacopolium*,
Oenopolium, *Pandochium*, *Chenotrophium* & si-
milia multa: quæ & per E longum efferuntur
à multis: & à veteribus etiam breui I in pe-
nultima reperiuntur posita: ut *miropolia* apud
Plautum *amphitryone*: & *Thermopolium* in
Trinamo.

57

Trinumo. Apud Terentium legas & Gynere-
um, quod item huc pertinet, Addidit Despau-
terius, Graphium, Scaphium, quæ item per diph-
thongum scribuntur: sed & ipsa penultima
correpta leguntur, ut apud Ouid.

Quid digitos opus est graphium lassare tenendo.

Vnde est graphiarium: apud Martialem.

In scaphium mœchæ Sardanapale tuæ.

Quare hæc ita in medio relinquamus, permit-
tentes ei qui uti velit, arbitrium eius syllabæ: nisi
si quod tutius est receptorum authorum sequi
exempla, quam sæpenumero grammaticorum
regulas.

Potro producant penultimas, Arius, Sperchi-
us, Darius, Hormius, Orius, et si qua sunt similia.

Substringens Arimaspe comas, hinc fortis Arius. Luc. in 3.

Maliacas Sperchius aquas. Pharsal.

Sic etiam Sperchionides. Ibidem.

Caucaseumq; Abarim Sperchionidemq; Lyce- Ouid. 5.
ton. Lycius cognomentum Apollinis apud Sta- Meta.
tium quod alij scribunt Lyceus.

O ante E.

Producitur in his Alœus, Typhœus.

Emissumq; ima de sede Typhœa terra.

5. Me-
tamor.

Cuius Virgilius denominatum eadem ra-
tione posuit.

Qui tela Typhœa temnis.

Aene. 1.

Quæ exempla ideo pono ut ne quis
putet recte O, & E, contrahi in diphthon-
gum à quibusdam, cum desinant in eu &

nobis in eis: de qua re vide Erythreum in indice Virgiliano.

O ante I.

Producitur primo in obliquis à Minos & Heros, vt *Minōis*, *Herōis*, similiter *Minōa*, *Herōa*, *Minōe*, *Herōe*.

Magnanimum ad Minoa venit sedesq; superbas.
Deinde in deriuatis *Minōius*, *a*, *um*, *Herōicus*, *a*, *um*.

Aene. 6. *Dedalus vt fama est fugiens Minōia regna.*
Sic & patronymica fœminina, *Minōis*, *Herōis*, & *Herōine* produciunt o.

Catul. in argo. nautica. *Qualem Minoidi luctum.*
Intulerat mente immemori, talem ipse recepit.

Quam formam imitantur & alia patronymica, vt *Achelōis*, ab *Achelous*, *Panthōis* à *Panthous*, *Latōis* & similia: quæ primitiuorum quantitatem tenent: de quibus mox dicemus. Sic & alia deriuata, vt *Achelōius*, *Latōius*.

5. Metamorph. *Vobis Achelōides vnde*
Pluma pedesq; auium, cum virginis ora geratis.

Georg. 1 *Poculaq; inuentis Achelōia miscuit vuis.*
Producuntur & Patronymica à nominibus in eis, vt *Alōides*.

Aene. 6. *Hic & Aloidas geminos immania vidi*
Corpora.

O ante V.

Producuntur

Producuntur in his proprijs Achelōus, Pyrō-
us, & possessiuis quasi Latōus, tōus, Myriōus, Arctō-
us, Lesbōus, Argōus, Mantōus, Inōus, & similibus.

Quando Itala nondum
Signa, nec arctōos ausim sperare triumphos.
Et senior Glauci chorus, Inousq; Palemon.

Statius.
Aene. 5.

Y ante O.

Vnum est Enyo penultima producta, vnde
& Enyalus eadem producta.

Mars habeat vulgataq; iactat Enyo.

Stat. 11.

Atq; hęc contra secundam producta regula-
lam, & à latinis pleraq; vsurpata, hoc in loco
addere libuit: forte non omnia, quis enim id
posset: sed non pœnitendam tamen eorum
partem: & ex quibus iudicari similia collatione
queant. Quod si quid defuerit tamen, lectio
authorum suppeditabit, ad quam hortamur
nostros.

Dic tertiam regulam, *generalem*

* Diphthongus omnis longa est.

Aëolus & clauso ventorum carcere regnet. *

I. Exceptio.

* Inuenias tamen *præ* in compositione corre-
ptam: sed ante vocalem, vt *præustus, præacutus,*
præhendo, & similibus. *

Stipitibus duris agitur sudibusq; præustis.

Aene. 7.

II. Exceptio.

Est

in
He-
ōa,
bas.
us,
is,
e-
y-
n-
m
s.
a-
i-
n

* Est etiam vbi Græcorum more diphthongus (siue vocalis longa) in fine dictionis posita, sequente alia vocali in initio sequentis dictionis corripitur. *

Aene. 3. * *Insulae Ionio in magno quas dira Celeno.* *
S. Eclo. * *Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.* *

Dixi Græcorum more, quia latinis neq; com-
ploditur, vt vocat Pontanus, id est, non eliditur, ante aliam vocalem, neq; corripitur.

Hinc etiam fit vt in eadem dictione diphthongus ante vocalem posita, dicatur esse anceps Diomedii: quod hæc regula iubeat diphthongum longam esse: præcedens, vocalem ante vocalem corripiat. Exemplum addunt in voce *Maotis*.

Ouidius
tristi 3.
Eleg. 12.
Aene. 6.

Longior antiquis visa Maotis hiems.

Responsis horrent diuûm, & Meotica tellus.

Sed nec plura sunt exempla: nec de Ouidij loco non disputatur.

IIII. Regula.

Dic quartam Regulam ?

* Præterita dissyllaba habent priores longas, vt *vēni, vīdi, vīci.* *

Idem seruetur in compositis.

I. Exceptio.

* Primo excipiuntur hæc *dēdi, tūli, stēti, bībi, scīdi, fīdi*, cum compositis. *

Aene. 6. *Chalcidicaq; leuis tandem super asstitit arce.*

Atq;

Atq; Ixionei vento rota constitit orbis.

I I. Exceptio.

✕ Excipiuntur quæ vocalem ante vocalem habent, vel simpliciter, vt *Rui, lui, plui*, vel figurate, vt *petij*, pro *petiui*, *audiij* pro *audiui*.

✕ Sunt ne plures regulæ de *si vivida lect* præteritis?

Dic secundam regulam?

✕ Præterita quæ VI vnam syllabam desinunt penultimas producunt quacumq; vocali præcedente, vt *amāui, sprēui, audīui, vōui*. In quibus si sint polysyllaba prima tanta est, quanta eadem presentis.

✕ Exceptio.

✕ Hinc excipiuntur in quibus V per syncopen tollitur, vt *petij* pro *petiui*.

Nos abyssæ rati, & vento petiisse Mycenas.

✕ Dic tertiam regulam?

Aenei. 2^a

✕ Præterita quæ geminant primam syllabam, habent priores duas breves, vt *tēiigi, tūtūdi, pūpūgi, pēpūgi*. Composita ex his alteram abijciunt & alteram corripunt, vt *attiigi, contūdi*: præter *compēgi & impēgi* quæ sequuntur vetus præteritum *pegi*.

I. Exceptio.

✕ Primo excipiuntur in quibus obstat positio, vt *pependi, feselli*, prima breui.

✕ II. Exceptio

D 4

Excipiunt

Excipiuntur etiam *cecidi* à *cedo*, & *pepedi*,
quæ primam corripunt, secundam producant.
Horat. * *Nam displosa sonat quantum vesica pepedi.* *

Dic quintam regulam :

Supina dissyllaba habent priores longas, ut
cāsum, crētum, lātum, mōtum, vīsum; sic & com-
posita.

Exceptio.

Excipiuntur, *dātum, itum, quītum*, à *queo*,
fitum à *fino*: *litum* à *lino*, *cītum* à *cieo*, *stātum* à
fero, *rūtum* à *ruo*, *rātum* à *reor*. *Statum* quod
addunt in participio produxit Lucanus.

2. Phars.
sal.

*Ergo ubi concipiunt quantis sit cladibus vrbi
Constatura fides superum.*

Quod tamen ita defendunt grammatici, ut
statum supinum, & ab eo *status* corripitur dicant:
staturus autem produci, ut idem Lucanus.

6. Phars.
sal.

Hinc acies statura ducum.

Sic composita quæ A in I. mutant, corripitur,
quæ A retinent produci: ut *prestītum* penultima
breui: *constātum* penultima longa.

9. Metamorph.

Ab *Itum* etiam est participium, *ambītus* pe-
nultima producta, apud Ovid. *

Iussit & ambita circumdare littora terra.

* Addunt etiam *Lutum* à *luo*: cuius exem-
plum tamen nemo vidit: sicut nec *statum* ut
opinor. Sed composita producantur, *dilūtum*,
elūtum, *pollūtum*. *

Linquere

57

Linquere pollutum hospitium, & dare classi Aeneid. I
bus austros.

Quæ tamen sunt qui à lotum vel lautum deducant. A notum composita penultimam in I. mutatam corripunt, vt agnūm, cognūm.

Dic secundam regulam de Supinis.

Supina quibus A, E, I, V, in penultimis est, quæq; in præterito VI habent, de quibus supra, eandem produciunt vt amātum, quiētum, sprētum, petītum, solūtum & similia.

Exceptio.

Excipiuntur ea quæ nascuntur à præteritis VI diuisis syllabis: aut DI desinentibus: vt cubitum, positum, venditum. Item ea quæ supra sunt posita inter dissyllaba, datum, ratum, itum, quitum. Atq; hæ regulæ de supinis non tam propter supina, quam ea quæ ab ijs descendunt, traditæ sunt.

Dic sextam regulam.

Deriuatum sequitur suum primitiuum. Sic quanta est prima præsentis vel præteriti: vel etiam supini: tanta est prima in ijs quæ ab his descendunt: vt lēgi, lēgeram, lēgissēm, lēgerim, lēgero: lēgo, lēgebam, lēgam, lēgerem, &c. Prima breui. Sic etiam in cæteris Dōminus, Dōminor: mōdulus, mōdulor: pōtis, pōtestas, pōtiri.

D 5

Et de-

- Aene. 4. Et dominum Aenean in regna recepit.
 Et victis dominabitur Argis,
 Horati. Metiri se queng₃ suo modulo ac pede verum est.
 Eclo. 10. Carmina pastores Siculi modulabor auena.
 Aene. 3. Nec potis Ionios fluctus equare sequendo.
 Aene. 10. O hominum diuūmq₃ eterna potestas
 Huc pertinent & verbalia vt tēnax, à teneo,
 sequax à sequor.

I. Exceptio.

Excipe primo ea quæ consonantem primitiui mutant, vt à foueo, fōmes, à mōueo, mōbilis: cum primitiua primam corripiant: ipsa eandem producant.

Arida circum

- Aene. 1. Nutrimenta dedit rapuitq₃ in fomite flammam.
 In Geor. Dum faciles animi iuuenum dum mobilis etas.
 Idem de alijs esto iudicium, vt Iūnior à iu-
 uenis, Iucundum à Iūuo: prēlum à prēmo:
 Trāgula à trāho - sēculum à sēnex, vt Varroni:
 à sequendo, vt Pontano placet. Atq₃ vt hæc à
 breuib^{us} deducta corripuntur: sic contra à
 longis deducta producantur, vt strīdo, strix,
 strīgis, quod Erymon expressit Ouidius.
 Ouidius. Est illis strigibus nomen, sed nominis huius
 causa, quod horrendum stridere nocte solent.

II. Exceptio.

Excipe secundo quæ quidem consonantem primitiui retinent, nihilominus tamen contra primitiui naturam vel corripuntur, vel producantur, vt à Priamus Priamides, ab italus italie:
 à Chios

à Chĩos Chĩus, quæ etiam supra diximus. Sed
recenseamus primum ea quæ producuntur, vt.

Rēx, rēgis, à rēgo	Sicut sedile quod
Lex lēgis à lēgo.	originem sequitur,
Vox vōcis à vōco.	à præsentī.
Lāterna à lāteo.	Vēna à vēnio
Nitella à Niteo,	Rāpum à rāpio
Tēgula à Tēgo.	Tōtus à Tōt:
Rēgula à Rēgo.	Hūmor ab Hūmus
Sēdes à sēdeo.	Iūgerum à Iūgum.
quod quidam à præte-	Mācero à mācer.
rito sēdi deducunt.	Sēcus à Sēcus.

Sicelis patronymicum à siculus, Fēria, à fē-
riendo.

Fērialis à fēra, id est morte, feralia sacrificij
genus à ferendo originem sequitur, Fēronia à
ferendo. Addunt etiam à græcis deriuata vt rē-
mus à ρέμν.

Cūna à κώνα vel κύνα.

Iam addamus etiam quæ
corripuntur ?

Dux dūcis à dūco.
 Dicax, & à dicus composita.
 Caufidicus, fatidicus, maledicus à dīco,
 Lūcerna à Lūceo.
 Sōpor à Sōpio.
 Stābilis à stābam.
 Nāro frequentatiuum à Nāre :
 ārista, ab āreo :

Vārico-

Vāricosus à *vārix* :

Viciūm à *vīto* :

Lōtium à *Lōtum* :

Lītūus à *Līte* :

Et composita vt :

Siquidem, à *sī*

Cognitum, *agnitum* à *notum*

Peiero, *deiero* à *Iūro*

Pronūbus, *Innūbus* à *nūbo*

Connubium ancipiti penultima addunt. Grammatici etiam adducunt *Nihilum* à *Nī* quod longum est: & *hilum* quod produxit Lucretius.

Hæc ita etiam ab alijs annotata hoc in loco addere libuit, quasi vno in aceruo, vt essent subiecta oculis. Nunc adducemus exempla authorum.

Geor. 2. Regis. *Ante etiam sceptrum Dictai regis; & ante Ipse regit dictis animos*

Aene. 4. Legis. *Nec cum se sub leges pacis iniquæ Tradidit*

Aene. 6. Vocis. *Voce vocans Hecaten, cæloq; Ereboq; potentem.*

Martiai. Laterna. *Dux laterna via, clausis feror aurea flammis.*

Martial. Nitella. *Rheniq; nodos aureamq; nitellam. Scælon est.*

Iuuenal. Tegula. *Vltimus ardebit quem tegula sola tuetur.*

Horati. Regula. *Regula peccatis quæ penas irrogat æquas.*

Aene. 7. Sedes. *Sede sedens Teucros ad sese in tecta vocabat.*

In Geor. Vena. *Seu durat magis, & venas astringit hiantes. Rapa.*

Rapa. Hec tibi brumali gaudentia frigore rapa. **Martial.**
 Totus. Totus & ille dies & qui nascentur ab illo **In Geor.**
 Humor. Sufficit humorem & grauidas cum vo- **2. Geor.**
 (me. e fruges.
 Iugerum, Et labefacta mouens robustus iuge a
 fessor.
 Maceror. Quam lentis penitus macerer ignibus. **Horati.**
 Secius. Interea toto non secius aere ningit. **In Geor.**
 Sicelis. Sicelides Musa paulo maiora canemus. **4. Eglo.**
 Feriæ. Durum est perdere ferias rogamus
 Iacturam patiari hanc, fera sçq. **Martial.**
 Ferali. Intexunt latera, & ferales ante cupress- **lib. 5.**
 Constituunt. **(sos. Acne. 5.**
 Feronia. Nascenti cui tres animas Feronia ma- **Aene, 8.**
 (ter.
 Ducis. Te duce si qua manent sceleris vestigia **4. Eglo.**
 (nostri.
 Dicax. Qui captat risus hominum famamq. di- **Horat.**
 (catis.
 Fatidica Mantus & Tusci filius amnis. **Aene. 10.**
 Carpere cauidicus fertur mea carmina **Martial.**
 (quidam.
 Lucerna. Non norat parcos vncta lucerna patres. **Martial.**
 Sopor. Tum consanguineus lethi sopor, & mala **Aene. 6.**
 (mentis Gaudia.
 Stabilis. Instabiles animos ludo prohibebis inani.
 Nato. Ceca nocte natat serus freta, quem super
 (ingens.
 Arista. Post aliquot mea regna videns mirabor
 (aristas.
 Varicos. Dixeris hac inter varicosos Centuriones **Iuuenal.**
 Viciam.

na
na
CO
nt
u-
te
di-
rit
o-
m.
ea
is.
a-
st.
ur.
as.
ca-
at.
es.
pa.



- Vicium. *Aret ager vicio moriens sitit aëris herba.*
- Lorium. *Hoc te amplius bibisse prædicem L. o-
tij. Catull.*
- Aene. 7. Lituus. *Ipse quirinali lituo, paruaq; sede-
bat.*
- Aene. 1. Cognitum. *Tempore iam ex illo casus mihi co-
gnitus vrbis.*
- Plautus De iero. *Nam si quid scelestè fecit lingua
est tro-
chicus. pro illo deierat.*
- Pronubus. *Deueniunt, prima & tellus & prō-
nuba Iuno.*
- Connubium. *Connubio iungam stabili propri-
amq; dicabo.*
- Prodiderim natam, & connubia nostra petentem.
Nihilum, Quoniam docui nil posse creari.
De nihilo, neq; item genito ad nihilum reuocari.
De nilo fieri nil posse putandum est.*

Dic septimam regulam de Compositis :

Sequamur hic quoq; vsitatum ordine : ac primo de præpositionibus dicamus : quia maximam partem compositorum efficiunt.

De ijs autem primo de breuibus. Deinde de longis exponamus. Valet regula vsitata Grammaticis in præpositionibus quoq; : Composita sequuntur simplicium naturam. Nam & præpositiones in compositione breues sunt, quæ in consonantem simplicem exeunt, nisi positione producantur, vt *ab, ob, sub, ad, per, in-
ter, con,*

tēr, cōn, ān, & circūm. Ab' vt ābeo, ūb horreo.
quæ tamen ante f. ferè in diphthongum, au-
muratur vt auffero: ante T in abs, vt absterreo.

Ob, vt ōbeo, ōbustus

Tantum telluris obiuit.

Aene. 6.

Sūb, vt sūbigo sūbeo.

Cum subit illius tristissima noctis imago.

Ovidius]

Ad, vt adoro, adorior.

Et quisquam Iunonis numen adoret

Aene. 1.

In, vt iniquus in eo.

Et veteres ineunt proscenia ludi,

In Geor.

Pēr vt pēreo, pērimo.

Si pereo manibus hominum, perijsse iuuabit.

Aene. 3.

Inter, vt intēreo, intērest.

Intereunt pecudes stant circumfusa pruinis. 3. Geor.

CON autem abiicit N, sequente vocali &
corripitur, ex regula vocalium: aut sequente
consonante producitur, vt Cōeo, cōtrecto. Vel
etiam ante vocalem N, literam mutat in M, vt
cōmedo, & corripitur:

Si verè & pater est comedam, inquit, flebile nati
Sinciput.

Iuvenal.
Satyr. 3.

Vel M, literæ adiungit B, vt comburo: vel
cum vocali contrahitur, & fit longa crasi, vt
cōgo.

Cogite oues pueri, si lac præceperit astus, &c.

Quod in præterito diuisis syllabis legitur:
item in supino, vt cōēgi, cōactum & est breuis
ex regula vocalium.

AM vetus præpositio pro circum, pene ean-
dem sequitur rationem: Aut enim adiungit
sibi B

sibi B, ut fiat positio, *amburo, ambesius*: Aut M, mutat in N, & corripitur, ut *Anhelus, anhelus*.

Aene. 6. *Et mesaeus equis oriens affluit anhelis.*

Circum ubi M, retinet integrum, sequenti vocali corripitur, ut *circumeo*: quod tamen malunt explosa M *circūneo* scribere: *circūmago* apud Iuvenalem.

Iuuenali *Circumagat madidas a tempestate cohortes.*

Satyr 7. Sic corripiuntur in vocalem exeuntes O, Ante, & Re.

O, ut in verbo *omitto*.

Pleraq; differat & praesens in tempus omittat.
Ante ut, *antefero, antecedo*.

Dixit & antetulit gressum, camposq; nitentes.

Quam si vocalis sequatur: cum ea in vnam syllabam fere coit: ut *anteambulo*.

Martial. *Tumidiq; anteambulo regis.*

Re, si sequatur consona corripitur, ut *refero, redeo*, ubi etiam D, adsciscit, sicut in multis alijs: ut *redamo, redimo, & reddo*.

Referentem signa Camillum.

Vnum excipitur *refert* pro *interest*, vel *utile est*.

Fit etiam longa Epenthese, ut *relligio: reppe-ri, rettuli, refficio*. Vbi autem a vocali incipit, vox cum qua componitur, nec interponitur D ut in plerisque: aut brevis est, aut positione longa, ut in verbo *reijcio*, de quo supra.

Sunt vero longae in compositione, A, E, DE, DI, SE: quae diphthongis aut positione longae sunt, de ijs nihil addimus.

A VE

65
A, vt *amoueo, amando, aueho.*

Creditis auectos hostes, aut vlla putatis.

Aene. 2.

E, vt *educō, euerto.*

Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?

Di, vt *diduco, diripio.*

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Exceptio.

Excipiuntur *dirimo & disertus.*

Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui? *Aene. 7.*

Faecundi calices quem non fecere disertum. *Horat.*

De, vt *dērogo, demitto.*

Demissum lapsi per funem Athamasq; Thoasq; *Aene. 2.*

SE, vt *secedo, separo.*

Est in secessu longe locus, insula portum, &c.

Sed & DE & SE in compositione sequens
te vocali corripuntur ex regula vocalium, vt
dēamo, dēhisco, dēhinc; Nec enim ante debiscent.

Attonita magna ora domus.

Aene. 6

Sēorsus & similibus.

Alterutro pariter, nonnunquam saepe seorsis

Obsistunt dubijs.

Quam rationem sequitur etiam *Præ*, vt *præ-*
ustus, præhendo: de qua superius sub regula de
diphthongis.

PRO maximè variat: Etsi enim longa est
per se, vt:

Pro molli viola, pro purpureo Narcisso:

Tamen in plurimis corripitur, vt in his *prö-*
fugus, pröfugio, pröfanus, pröfano: pröficiscor,
pröfecto, aduerbio, pröfundus, pröteruus, pröne-

E pos,

pos. *profari, profiteri, prohibeo*, ubi tamen regula
de vocalibus brevis est. Ac sunt plura sine du-
bio: sit tamen satis monendi gratia hæc addi-
disse: sed subiungamus etiam exempla.

Aene. 1. Profugus: *Italiam fato profugæ Lauinaq; venit.*

Aene. 6. Profanus. *Procul, ó procul este profani.*

Proficiscor. Genus à Pallante profectum.

Profecto. Apud Horatium in arte.

Ille profecto.

Reddere personæ scit conuenientia cuiq;

Ouid. 10 Pronepos. *Est Neptunus auus, pronepos ego regis
aquarum.*

Aene. 1. Profari. *Tum breuiter Dido vultum demissa
profatur.*

*Profiteri. Utilitas lateat, quod non profirebere
fiet.*

Atq; hæc de P R O breui. Anceps est in his,
id est, modo longa, modo brevis: posita ab au-
thoribus: *procuro, profundo, propello, propago*
tam verbum quàm nomen, quibus addunt &
propino & prologus. Procuro corripuit Actius.

Exercant epulis lati, famulosq; procurant.

Produxit Virgilius.

Virgil. 9

Bene gestis corpora rebus.

Procurate viri, & pugnam sperate parati

*Profundo, produxit Catullus in Argonauti-
tica.*

Has postquam mesto profudit pectore voces.

Corripuit Virgilius.

Virg. 10

*Vix ea: cum lacrimas oculis Iturna pro-
fudit.*

Propello

Propello corripuit Lucretius.

Est procul à tergo quæ prouebat, atq; propellat. Lucret. 4.

Produxit idem:

Atq; altum præ se propellens aëra voluit.

Sic etiam propulso frequentatiuum. Propago
verbum produxit Lucretius. 5.

Vt propagando possint procudere secla.

Corripuit idem.

Nec potuisse propagando procudere prolem.

Hinc Erythreus refutat illam differentiam
de nomine propago, qua dicitur pro vite pro-
duci, pro progenie corripui: Et Probi lententi-
am confirmat: qui, sunt alia, inquit, nomina
quæ in vno intellectu per casus syllabam ver-
tunt: vt propago: in nominatiuo prima syllaba
breuis:

Nimium vobis Romana propago, &c.

At in Ablatiuo longa est:

Melius propagine vites

Respondent.

PRO vbi D, adsciscit sequente vocali in
eo quod componitur, producitur, vt prædi-
re.

Pascentes illæ tantum prodire volando.

Aene. 6.

Prædigere & prædignus.

Deterior qui visus eum ne prodignus ob sit.

Geor. 4.

Haftenus de præpositionibus, quod nobis fa-
tis visum: nunc de cæteris compositis dicamus.
Ac quæ cum præpositionibus componuntur,
priorem partem compositi integram habent:
reliqua ferè corrumpunt & aut in E, aut in

E 2

I, desin

I, desinunt: hæc cum nominibus, illa cum verbis composita, aut cum negandi particula: vt *causidicus, Ensifer, liquefacio, nefas.*

Dic igitur primam de his regulam:

I.

Quæ ex verbis sunt composita, si prior pars compositi in E desinat, eandem vel corripiunt vel producunt, vt, *Tepefacio, calesfacio, liquefacio, stupefacio, tremefacio, madefacio, labefacio,* & his similia multa quibus tamen temper breui utitur Virgilius.

Geor. 4. *Interea teneris tepēfactus in ossibus humor.*

Alij producunt vt Catullus.

Alta tepēfaciet permista flumina cade.

Excipiuntur quæ aliunde quam è verbis componuntur, vt huiuscemodi, cuiuscemodi, equidem, *nefas, nefandus, nefastus, nequeo* cum particula NE composita, quæ E corripiunt.

Lucre. lib. 4. *Et cuiuscemodi formarum vertere in ora.*

Aene. 4. *Credo equidem, nec vana fides genus esse deorum.*

Aene. 7. *Illam dolum, dirumque nefas in pectore versat. Si nequeo superos Acheronta mouebo.*

Nequicquam tamen, fortasse non à NE negandi particula: sed NE prohibendi factum, producit E, sic etiam, *veneficus,*

Aene. 5. *Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.*

In Ep. 1. *Barbara narratur venisse venēfica tecum.*

Quid. 2.

Dic

69

Dic secundam regulam ☞

II.

Quæ partem priorem compositi in I finiunt, eandem corripunt, ut *magnifico, latifico, fatidicus, causidicus, arcitenens, altitonans, seminaces, semicaper, semideus, ensifer, astrifer, armiger, corniger, tubicen, cornicen, cornipes, somipes.*

Et cum numeralibus composita, ut *biremis, bidens, bipes, triceps, trifaux, quadrifidus, quadrivagus.* Item *Caprigenum*, quod ad superiora pertinet.

Sed etiam V prior compositi pars corripitur: ut, *Quadrupes, Graiugena, Troiugena.*

I. Exceptio.

Excipiuntur primo, quæ etsi primam partem in I, terminant: tamen in alijs casibus eam mutant: ea namq; sequuntur vltimarum syllabarum regulam: ut *quantivis, qualicunq;* & his similia.

II. Exceptio.

Deinde excipiuntur *Tibicen*: & *Meridies*, quasi in his I, ex duobus esset contractum à *Tibicen, medydies*: D, in R, conuersa.

*Tibicen, traxit vagus per pulpita vestem,
Iube ad te veniam meridiatum.*

E 3

Matricida

Horati.
Phalæ.
est apud
Catul.

Matricida Aufonij, non agnoscimus: cum in *parricida*, Horatius antepenultimam corripuerit,

III. Exceptio.

Excipiuntur item, quæ primam infinitiui pro priore compositi parte habent, vt scilicet, *ilicet*: à scire &c ire.

Aene. 4. *Scilicet hic superis labor est, ea cura quietos sollicitat.*

Aene. 2. *Illicet ignis edax summa ad fastigia vento. Voluitur.*

Pridie & postridie non puto annotanda esse: *quotidie* antepenultima anticipi reperitur.

Idem pronomem in masculino producit: in neutro corripitur.

Aene. 2. *Idem omnes simul ardor haber.*

Horati. *Inuitum qui seruat idem facit occidenti.*

Biduum & triduum priores longas habent apud comicos

Atq; hætenus generales tradidimus regulas: nunc accedamus ad speciales de vltimis syllabis tantum.

Regulæ Speciales, De vltimis syllabis.

I.

A in fine.

+ Desinentia in A breuia sunt, siue nomina, siue pronomina, siue participia, siue latina, siue græca, singularia vel pluralia fuerint, vt terra, ipsa, lecta, Arcthusa, tela, arma. *

Telaq;

71

Telaq₃ trunca viri, & bis sex thoraca petitum. Aeneid.
Arma virum tabulaq₃ & Troia Gaza per undas. 11.
Vidi lecta diu & multo spectata labore. Georg. 1

I. Exceptio.

• **E**ic primam exceptionem.

Vocatiui in A quorum nominatiui in AS desinunt, primæ vel tertiæ declinationis, producuntur, ut Aeniã, Pallã. +

Tros ait Aenea cessas, neq₃ enim ante dehiscent, &c. Aene. 6.
Aene. 11

Non hac o Palla dederas promissa parenti.

• Vocatiui vero in TA à nominibus in TES corripuntur, ut Oresta. +

Fecerunt furia tristis Oresta tue. Ovidius.

Horatius etiam vocatiuum Attrida corripuit.

Sed cum placet à nominatiuo Attrida factum, quo vsus est Propertius,

Ne quis humasse velit Aiacem Attrida vetas cur? Horat.

II. Exceptio.

• **D**ic secundam exceptionem.

Ablatiui in A primæ producuntur, ut mensã, Troiã, luxuriã. +

Hunc letum Tyrissq₃ diem, Troiãq₃ profectis. Aene. 4.

Esse velit.

Atsi luxuriã foliorum exuberet umbra. Georg. 1

III. Exceptio.

E 4

Dic

• Dic tertiam exceptionem :

Imperatiui primæ A in fine productam habent, *amā, seruā, clamā, dā.* τ

Da propriam Tymbræe domum, da mœnia
(*sessis.*)

IIII. Exceptio.

Dic quartam exceptionem :

Numeralia indeclinabilia producuntur, *ut*
trigintā, quadragintā, quinquagintā.

Aene, 8. *Triginta caputū fœtus emixa iacebit.*

Etsi autem reperiuntur ista etiam vltima breui apud alios Poetas, quorum exempla addemus: tamen eruditorum iudicio rectius ponuntur eadem longa, corripuit autem Martialis.

Sexaginta teras cum limina mane uiator.

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti.

Quos tamen numeros emendant eruditi, ut hic quinquagena, illic sexagena legant. Huc refer & alia indeclinabilia, quæ vltimam item productam habent, *iuxtā, contrā, proptereā, vltiā, intereā, suprā, infrā, intrā* & his similia. Adde etiam *Ab, & vah.*

Iuuenal. *Vltra Sauromasas fugere hinc libet.*

Aene, 10 *Vane ligur frustra, animis elate superbis.*

Excipiuntur *itā & quā*: quæ breuia sunt.

Aene, 2. *Non ita, namq, etsi nullum memorabile nomen.*

Aene, 4. *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.*

Contrā, præter morem corripuit Manilius.

Contrā

73
*Contra iacet cancer patulam distentus in al-
uum.*

*Postea vna dictio, longam vltimam: diuisa,
breuem habet.*

E in fine.

*In E desinentia corripuntur: siue nomina,
siue verba, aut etiam alia partes fuerint: vt cu-
bilē, posthumē, felicē, luderē, legerē, viuitē, po-
nē, sepē.*

i. Eglo.

*Ludere quæ vellem calamo permisit agresti
Eheu fugaces Posthume Posthume
Labuntur anni.*

Exceptio-

Dic primam exceptionem.

*Ablatiui quintæ declinationis, & inde facta
producuntur, vt fidē, speciē, hodiē, pridē, quarē.*

Qui non est hodie cras minus aptus erit.

Siue fide, seu quis bello est expertus & armis.

*Huc addunt famē ablatiuum, nunc quidem
tertiæ olim quintæ: & quos vocant Geniti-
uos & Datiuos, antiquos quintæ, vt diē pro
diēi, fide pro fidei.*

II. Exceptio.

Dic secundam exceptionem.

*Imperatiui secundæ, vltimam producunt:
vt iubē, docē, vidē.*

E s

Ea se

- Ea se in precordia condas*
- Ovidius** *Sacrilegi scelerata iube, nec copia rerum, &c.
Cave, & Vale, & vide annotantur à Grammaticis, Cave ferè corripitur.*
- lib. 1. trist.** *Tu cave defendas quamuis mordebere dictis.
Vale indifferenter ponitur.*
- Horati.** *Vade, vale, cave ne ritubes mandataq; frangas.
Vbi tamen quidam pro vale legunt vide:*
- Ecclo.** *Et longum formose vale vale linqvit Iola,
Vbi tamen posterius alia etiam ratione defenditur.*
- Ovidius.** *Idq; quod ignoti faciunt valedicere saltē.
Vide recte producitur iuxta regulam: compositum cum particula NE corripitur vt:
Educet, viden, vt gemina stent vertice crista.
Sed & Catonis versus citatur in quo corripitur.*
- Hoc vide ne rursus leuitatis crimine damnes.
Sed nec vnum exemplum, nec quidem Catonis authoritas, satis esse videtur ad syllabam illam corripendam.*

III. Exceptio.

Dic tertiam exceptionem.

Aduerbia in E facta à nominibus secundæ producuntur, vt pulchrē, probē, eximiē, egregiē, aequē. Item superlatiui, maximē, minimē, &c.

**Ennius.
Horat.**

*Egregiē cordatus homo: Catus Aelius Sextus,
Aequē pauperibus prodest locupletibus aequē.*

Adde

Adde his etiam *fermē, ferē, ohē.*
 Tolluntur autem hinc *malē, benē, & magē:*
Est bene, non potuit dicere, dixit, erit.
Hic mihi nescio quod trepido male numen ami-
cum.

IIII. Exceptio.

Producuntur monosyllaba *me, te, se, ne* pro-
 hibendi particula:

Excipiuntur *que, ne, ve* Encliticæ: & adie-
 ctiones syllabicæ, *pte, ce, te, vt* *meaptē, hucē,*
surē.

Tene suam Teibys permisit ducere neptem. Catullus
Indoctusq; pila, disciue, trochive, quiescit. Horati.

V. Exceptio.

Dic quintam exceptionem.

Græca in E, producuntur primæ declinatio-
 nis: *vt Nymphē, Penelopē, Calliopē, Euterpe,*
Daphnē, Nerinē, Adrastinē.

Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vxget. In Epi-
Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hybla. Virgili.

I in fine.

In I finita producuntur, siue Genitiui, Das-
 tiui, & Vocatiui singulares: siue Nominatiui,
 & Vocatiui plurales: siue Imperatiui, & Infi-
 nitivi passivi: siue gerundia: siue præterita: *vt*
Dominī, felicī, seruī, audi, audiri, monendī, venī,
vidī, vicī.

Virgili
to m
M m m
C n p r o
 Vidi

- 47.5
- Aenei. 7. *Vidi lecta diu & multo spectata labore.*
 Aene. 7. *Multi nos populi, multa ne temne quod ultro,*
 (Ec.
 Aenei. 7. *Securi pelagi atq; mei, &c.*

I. Exceptio.

Dic primam exceptionem.

Nominatiui, datiu & vocatiui singulares in I, Græci, quintæ simplicium, corripuntur, vt Meli, Palladi, Minoidi, Pari, Alexi & similia.

- Catullus *Qualem Minoidi luctum,*
Intulerat mente immemori, &c.
Palladi liitoreæ Scyros celebrabat honorem.
Nunc Pari tu sapiens, & tu Menelae fuisti.
 Eglog. 2. *Te Corydon ô Alexi, trahit sua queng; volu-*
 (ptas.

Producuntur tamen cum ea quæ per contractionem fiunt: vt Orphæi, Achillæi, & similia: tum quæ à Nominatiuis in E S ad primam pertinentibus, & in tertiam transeuntibus nascuntur: vt Orestî, Pyladi.

Orphæi Calleoepia, Lino formosus, Apollo.
Dispeream si tu Pyladi prestare matellam.

II. Exceptio.

Dic secundam exceptionem.

Mihi, tibi, sibi, vbi, ibi, postremas habent ancipites.

- Aenei. 1. *Sunt mihi bis septem prestanti corpore Nymphae.*
construere *scilicet vocali, vel diphth. sicut Dextra*
Di. v.g. Cui infandum, tres syllabæ.

*Dextera mihi DEVS, & telum quod missile Aene, 10
libro.*

*Sicubi ultimam corripit tantum: Alibi pro-
ducit: nisi & quasi tantum corripuntur.*

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus.

Quod nisi me quacunq, novas incidere lites.

*Sidonius tamen produxit contra regulam:
cuius exemplum minime imitandum censeo:
sed potius quod ille ipse voluit, excusandum
caesura.*

Sint tantum penitusq, nisi nihil esse probetur, Lucæ, 3.

Et quasi longinquo fluere omnia cernimus euo.

*Virgilius vsus non est, alibi Lucretius posuit
longam ultimam: sed in Caesura.*

Et deuidta quasi cogatur ferre, patiq,

*Vti ex regula, ultimam producit, sicuti cor-
ripuit, utiq, etiam eandem corripit, Cui con-
tractum frequentius & productum legitur:
dissyllabum ultima tam breui quam longa:
Comici etiam imperatiuos corripunt, vt abj,
quorum exempla omnium addere non libet.*

O in fine.

*O in fine commune est: siue in nominatiuis,
siue verbis & gerundijs, siue alijs partibus ora-
tionis, vt, leo, virgo, amo, lego, amando, legendo,
quando, ergo:*

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans.

Aene. 9.

Laferat ingrato Leo perfidus ore magistrum.

Martial.

lib. 1.

I. Exceptio.

Dic

ltro,
&c.

s in
, vt

m.
fi.

olu-
tas.
ona
ilia:
per-
una

ent

he.
tra



8
Dic primam exceptionem.

Tibul. Datiui & ablatiui in O producuntur.
Et domino satis, & nimium furiq₃ lupog₃.

II. Exceptio.

Dic secundam exceptionem.

Græca in O producuntur, vt Cliō, Didō,
Eratō, Calypsō, Sapphō, Dorō, Clothō, Echō, Xan-
tiō & Brynō, Drymō,

Drymog₃ Xantog₃ Ligeaq₃ Phyllodoceq₃.
Huc pertinent & obliqui à nominatiuis At-
ticis in ω vt Androgeō, Demoleō.

Aene. 6. *In foribus Lethum Androgeo, tum pendere pæ-*
nas.

Loricam quam Demoleo detraxerat ipse.

Nonnunquam sequente vocali corripuntur,
græca imitatione: sic dixit Virgilius: Aut
Arho, aut Rhodopen.

III. Exceptio.

Monosyllaba, do, sto, flo, o & pro, seu
præpositio, seu Interiectio: producuntur.

Aene. 12 *Do quod vis, & me victusq₃, volensq₃ remitto*
De O particula hoc addere libet. Ante vo-
calem ea non eliditur: & aut longa aut bre-
uis, pro arbitrio ponitur.

Te Corydon O Alexi, trahit sua queng₃ volu-
ptas.

O utinam tum cum Lacedæmona classe pete-
bat.

Exceptio.

70

IIII. Exceptio.

Dic quartam exceptionem.

Quæ ab Ablatiuis deducuntur, Syncategorematâ producuntur, vt *adeo, ideo, tanto, quanto, quo, insperato, inexpectato, consilio, extemplo.*

Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis. Aene. 9.

Promisit, Grauiusq; ideo bis uindicat armis. Aenei. 4.

Refer huc ergo circumflexum.

Huc pertinere videntur *quemodo & sero*: quæ ultimas ancipites habent. *Cito & modo* breuia sunt: sic *& illico.*

Pleriq; tamen statuunt *quomodo tantum* breuiem debere habere ultimam.

Sero memor thalami, &c.

Heu sero reuocatur amor.

Juuenal.

Tibullus

V. Exceptio.

Dic quintam exceptionem,

Addunt quintam nonnulli de breuibus tantum, vt *scio, nescio*: duo tantum volunt ultimam corripere.

Hoc sat erit: scio me Danais è classibus vnum.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Si duo prater ea tales Idea tulisset.

Aene. 3.

In Eglô.

Aene. 10

Aldus addit *Ego*, ausus affirmare eius longam ultimam, se apud nullum probatum authorem reperisse. Virgilius quod sciam

aut

aut breuem ponit : aut elidit : nisi quod in Di-
ris semel producitur.

Ausus ego primus castos violare pudores.

Aufonius tamen produxit.

Aufoni.
ad Gal.

*Separor vnus ego : sed partem sumo minorem.
Sicut ego solus me quoq; pauperior.*

V in fine

Quæ V desinunt producantur omnia, vt ve-
ru, cornu, fractu, diu, Tu.

Aenei. 1.

*Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu scepra Io-
uemq;*

Et tereti pignant mucrone, veruq; sabello.

Aenei. 7.

Huc referimus & Vocatiuos Græcos ex con-
tractione factos, vt Panthu.

*Quo res summa loco Panthu quam prahndi-
mus arcem.*

Aene. 2.

Certamen grammaticorum sane insanum
omittimus: quidam enim vt Seruius, quem &
Aldus sequitur, volunt nominatiuos, accusati-
uos & vocatiuos in V corripit: Cum ne vnum
possint proferre exemplum. Contra alij vt
Priscianus, in V omnia produci, ita vt exempla
habent poetarum. Nos quibus satius est poe-
tarum authoritatem sequi, ad quorum lectio-
nem ita præparamus iuniores: istas rixas omit-
timus recte.

Y in fine.

Y desinentia cuiuscunq; casus corripuntur
vt Moly, Tiphy.

Ouid. 14
Val. 5.

Moly vocant superi nigra radice tenetur.

Et fatis vbi Tiphy negatum, &c.

Sed

81

Sed hæc rara sunt: & tamen excipiuntur ea
quæ contrahuntur: vt pro Tethyi Tethy, apud
eundem.

Quam Tethy longinqua dies Glaucoq, repo-
stam.

B, D, T, in fine.

Quæ desinunt B, D, T, corripuntur: vt
ab, ob, sub, id, quid, illud, apud, caput, sinciput,
occiput, amat, docet, legit, audit. Hæc ita con-
iunguntur in præceptis: quare nec nobis diuel-
lere libuit.

Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Aene. 8.

Nec sopor illud erat, sed coram agnoscere vul-
tus. Aene. 3.

Voluitur in caput, ast illam ter fluctus. ibidem. Aenei. 1.

Barbara, Iob, Iacob, quia apud Suidam per
scribuntur, producenda putamus. Præterea
in T, quæ syncopen patiuntur producuntur, vt
obit, pro obiit, petit, pro petiit, it pro iit.

Etsi illa fere ita ponuntur vt cæsura defendi
possint: addemus tamen exempla.

Sceptra Palatini sedemq, petit Euandri.

Vbi negant legendum esse petiuit,

Dum trepidant, it hasta Tago per tempus
virumq.

Nisi tamen scribendum sit, iit, quod videtur
velle Erythræus.

C in fine.

Quæ C exeunt producuntur sic, ac, die, duc.
F Sic

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
Excipiuntur hæc correpta, Nēc, donēc,

lãc.

Aene. 4. *Pro re pauca loquar: nec ego hanc abscondere furto.*

In Eglo- *Cogere donec oues stabulis numerumq; referre.*
Lac exemplum non habet, Hic aduerbium
producitur secundum regulam. Hic pronomem
utroq; modo ponitur.

Aene. 6. *Hic vir, hic est tibi quem promitti sæpius au-*
dis.

Aenei. 2. *Hic finis Priami fatorum hic exitus illum*
Sorte tulit.

Fac breue esse volunt, ita tamen, ut ubi bre-
ue sit totum scribatur, face, Contra, fac ubi
longum. Neq; addam exempla.

L in fine.

Quæ L exeunt corripuntur, siue latina sint,
ut fæl, mæl, nihil, exül, consül: siue barbara à la-
tinis tamen usurpata ut Annibäl, Asdrubäl, Tana-
quil & similia,

Quis mel Aristæo? quis Baccho vina Faler-
na.

Parte alia supplex infernis Annibal aris.

Exceptio.

Poducuntur Sol & nil contractum:
Nil intra est oleam, nil extra est in nuce du-
rum.

Uterius spacium medio sol altus habebat.

Peregrina



83

Peregrina ferè longa ponuntur. Baäl, Mi-
chaël, Israël, Nuöl & similia.

M in fine.

M. corripuit Lucretius,

Corporum atq; loci res in quo quæq; geruntur. Lucreti.

Sed illud non est nobis imitandum, quippè
quibus M, aut positione est producendum: aut
per Ecthlipsin, extrudendum. In compositis si
manet integrum corripitur, *vt, circumæo, cir-*
cumago, de quibus supra in compositis.

N in fine.

X N, fere corripitur in latinis, *vt lumën, numën,*
nomën, item in alijs partibus vt tamën, forsan, in,
än, vidën, egön. X

Est etiam flos in pratis cui nomen Amello.

Et quisquam Iunonis numen adoret.

*Geor. 4.
Aene. 1.*

Exceptio.

Dic primam exceptionem.

X Longa sunt hæc monosyllaba *ën, nön, quïn,*
sin, rën, splen. X

En vnquam patrios longo post tempore fines. 1. Eclo.

Non rastris hominum, non vlli obnoxia cura. Geor. 2.

Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno. Aene. 1.

Sin absumpta salus, & te pater optime Teu-
ctum.

II.

X Dic secundam exceptionem. X

F 2

Longa

* Longa sunt & græca vt Pæän, Salamîn, Del-
phîn, Actæôn, Amphiôn. *

* Quibus adde & latinum lyên. *

Dicite IO pæan, & IO bis dicite pæan.

* Sunt autem breues accusatiui in ON, & IN,
vt Iliôn, & procrin. *

Procrin adit linguaq₃ refert audita susurra.
Ouid.

III.

* Dic tertiam exceptionem.

* Accusatiui primæ declinationis in an, à nos-
minatiuis in AS producuntur, vt Aeneän, Sic
etiam in En, à nominatiuis in Es, vt Laertën, An-
chisën. *

Aene. 10 Aenean, armetq₃ rates pelagoq₃ vehatur.

Amitto Anchisen, hic me pater optima fessum.

* Sed Accusatiui in AN à nominatiuis in A
corripiuntur. *

* Maian, & Electran Taygetamq₃ Ioui. *

* R in fine.

* Quæ R finiunt quæcunq₃ præcedat vocalis
corripiuntur: siue latina, siue græca, siue pere-
grina fuerint, vt Lacunâr, Cæsâr: Carcër, aggër,
Vir, leuir: honör, vultür: Amilcâr, Hedör. *

Aene. 6. Romanosq₃ tuos: hic Cæsâr, & omnis Iuli.

Aenci. 6. Hic vir hic est tibi quem promitti sapius audis.

* Exceptio.

Dic

* Dic primam exceptionem. *

* Producentur hæc monosyllaba lār, fār, pār,
cum compositis, Nār, vēr, cūr, fūr. *

Exagitant, & lar, & turba Diana fures. Fast. 5.
Ludere par, impar, equitare in arundine longa. Horat. l.
Ver erat æternum. 1. Me.
tamor.

* Cor Ouidius corripuit. *

* Inq, cor hamata percussit arundine Ditem.
Idq, est frequentius. *

* Produxit, Molle meum leuibus cor est violabile In Epist.
telis. *

Quod tamen vnicum exemplum afferunt:
quare & multi interpositaq, Enclitica, non
dubitant corripere.

* II. Exceptio.

* Dic secundam exceptionem. *

* Græca in ER quæ per ERIS declinan-
tur, seu breui seu longa penultima, producun-
tur, vt Aër, Aethër, Cratër, Ibër, quia græcè per
scribuntur. *

Largior hic campos ether, & lumine vestit. Aene. 6.
Ipsis est aër auibus non æquus: & ille. Geor. 3.

* Pater autem & mater corripiuntur, quasi la-
tini iuris facta. *

* AS in fine.

* Quæ AS exeunt, producuntur, siue nomi-
na, siue verba, siue quæ aliæ partes fuerint. vt,
Aeneās, probitās, maiestās, etās, doceās, legās,
forās. *

Aeneas hęc de Danais victoribus arma.

I. Exceptio.

Primam
Dic secundam exceptionem.

➤ Nominatiui gręci in A S tertię declinationis corripuntur. Pallās, Cyclās, Arcās, Pleiās, Thyās. *

Thyas vbi audito stimulant trieterica Baccho.

II. Exceptio.

Dic secundam exceptionem.

Accusatiui plurales item tertię corripuntur, vt Arcadās, Heroās, Troās, Phyllidās & Craterās. *

*Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.
Indulgent vino, vertunt crateras ahenos.*

ES in fine.

Quę ES desinunt, producuntur: siue nomina, siue verba, siue aduerbia, siue singularia, siue pluralia, vt *Anchisēs, Pelidēs, nubēs, fidēs, quotiēs, totiēs, deciēs, docēs, legēs, patrēs, vatēs.*

*Aene. 7.
Luc. 6.*

*Hoc pater Anchises auro libabat ad aram.
Aridior porro si nubes accipit ignem.*

Exceptio.

Dic primam exceptionem.

Breuiā sunt in ES, quę genitiuis crescunt, vt, *milēs, hospēs, sospēs, segēs, tegēs, equēs.*

Myrci-

*Myrmidonium Dolopumue, aut duri miles
Vlyssi.*

Obutus armato seu cum pedes iret in hostem.

Sunt autem longa ex hoc genere, *ariēs, abi-
ēs, pariēs, Cerēs, locuplēs, pēs, & inde composi-
ta, sonipēs, cornipēs, quadrupēs, capripēs, bipēs,
tripēs.*

Prima Ceres vincto terram dimouit aratro.

*Stat sonipes & frena ferox spumantia man- Aene. 4.
dit.*

*Pes etiam & camuris hirta sub cornibus aures. In Geor.
Sed hæc tamen corripuit Ausonius.*

*Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia
Quod imitandum minimè est. (solus.*

II. Exceptio.

Dic secundam exceptionem.

Breuiasunt ES à sum & composita, *abēs,
adēs, prodēs.*

Huc ades ó Galatea, quis est nam ludus in vn- Eglo. 9.

Penēs corripitur. (dis,

*Te peues, in te omnis domus inclinata recum- Aene. 11
Es autem ab edo volunt produci. (bit.*

III. Exceptio.

Dic tertiam exceptionem.

Breuiasunt etiam in ES græca neutri gene-
tis, vt *Cacoethēs, Hippomanēs.*

Tenet insanabile multos.

Scribendi Cacoethēs, & agro in corde senescit.

IIII. Exceptio.

Dic quartam exceptionem.

In E S pluralia graeca tertiae declinationis, item corripuntur, ut *Arcadēs, Troadēs, Naidēs,* & similia.

Naiadēs indigno cum Gallus amore periret.

Soli cantare periti

Arcadēs, o mihi tum quam molliter ossa quiescunt,

Quod si tamen haec longa ponantur: latina facta, & latino more declinata videri debent.

IS in fine.

Haec maximè variant, pluraq; tamen breuia sunt: siue nomina, siue verba, siue aduerbia, ut *Ignis, apis, Paris: dicis, legis, docebis: quis, & bis.*

Aene. 2. *Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur.*

Aene. 3. *Non apis inde tulit collectos sedula flores.*

I. Exceptio.

Dic primam exceptionem.

Datiui & Ablatiui plurales producuntur, ut *dominīs, quīs pro quibus, hīs, nobīs.*

Aene. 1. *Quis ante ora patrum Troia sub mœnibus al-
tis.*

Aene. 4. *Si te hīs attigerit terris aurora morantem.*

Non

89

Non addimus de Nominatiuis & Accusatiuis antiquis, per diphthongon scribi solitis: qui pertinent ad regulam in ES, vt nunc pronuntiantur.

II. Exceptio.

Dic secundam exceptionem.

In IS tertiæ declinationis, quorum genitiui ante RIS, TIS, vel NIS, I longum habent: producuntur vt *glis, gliris, lis lius, Salam̄s Salaminiis*. Quibus etiam adde, quæ Genitiuum ENTIS formant, vt *Simōs Simoentis*, & his similia.

Lis est cum forma magna pudicitie.

His adde *v̄is* nomen, & *v̄is* secundam personam verbi, ac inde composita, *quamuis, quiuis, quiduis*.

Vis vt nulla virum non ipsi excindere ferro. Aene. 6.

Vis ergo inter nos, quid possit vterq; vicissim? Eclo. 3.

III. Exceptio.

Dic tertiam exceptionem?

Secundæ personæ singulares quartæ coniugationis producuntur, & quæ præterea in pluralibus, prima ac secunda persona penultimam longam habent, vt *audis, nescis, velis, velimus, velitis, ausis, ausimus, ausitis, possis, possimus, possitis*, & eiusmodi alia, *adsis*.

F S

Adsis,

1. Geor. Adsis, ô Tegeae fauens, Oleag³ Minerua.
Inuentrix.

Martial. Nescis heu nescis domine fastidia Roma.

IIII. Exceptio.

Dic quartam exceptionem.

Alij malunt futuri coniunctiui secundas
produci, alij præteriti: Sed reperiuntur tamen
indifferenter positæ: Corripuit Horatius.

Horati. *Dixeris egregie notum si callida verbum.*
Prodaxit idem.

Horat.
lib. 1.
sermon. *Miscueris elixa, simul conchilia tardis.*
Micyllus tamen autor est, vt vltima in RIS
futuri, producat, præteriti autem corripatur.

OS in fine.

Quæ OS finiunt producuntur, vt, *ōs, bōs,*
rōs, dōs, glōs, mōs, nepōs.

Mos erat Hesperio in Latio quem protinus vr-
bes.

Eglo. 2. *Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est.*
Adde his & Accusatiuos plurales secundæ,
vt *domnōs, lupōs.* Adde etiam Græca *Trōs, Mi-*
nōs, Eōs, Herōs.

I. Exceptio.

Dic primam exceptionem.

Breuia sunt *compōs, impōs, ōs ossis, exōs.*

Lucre. 3 *Exos & exanguis tumidos per fluctuat artus.*
Insequere, & voti postmodo compos eris.

II. Exce

97
II. Exceptio.

Dic secundam exceptionem.

Græca in vnam contrahemus exceptionem :
primo corripuntur græca neutra in O S, *vt*
Chaos, melos, Argos.

Et Chaos, & Phlegethon loca nocte silentia late.

Deinde sunt etiam breuia quæ apud latinos
OS in VS mutant: *vt Lesbos, Abidos, Tene-*
dos: Item Genitiui singulares è quinta græco-

rum. Pallados, Thetidos, Phasidos.

Phasidos ad fluctus, & fines Aætæos.

Catullus

VS in fine.

VS finita corripuntur, siue nomina, pro-
nomina, participia: siue verba: siue aduerbia
fuerint: *vt deus, meus, lectus, docemus, protinus,*
radicitus, domibus, dotibus.

Est deus in nobis agitante calefcimus illo.

Nec radicitus euelli mala posse putandum est.

I. Exceptio.

Dic primam exceptionem.

Monosyllaba in VS producuntur, *vt Rūs,*
Mūs, sūs, grūs, pūs, thūs, plūs.

Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris.

4. Geor.

Plus aloes quam mellis habet.

In VS tertiæ declinationis quæ V in
penultima longum habent, producuntur:

vt

vt Salūs salutis, Seneclūs senectutis, tellūs telluris,
virtūs virtutis.

Aene. 4. Virtus est medium vitiorum vtrinq₃ redactum.
Aene. 2. Sed mihi vel tellus optem prius ima debiscat
Vna salus ambobus erit, mihi paruus Iulus.
Palus tamen ex his corripuit Horatius.

Hoc omnibus iam trito versiculo, Regis
opus sterilisq₃ diu palus, aptaq₃ remis.

Quod Grammatici ita volunt positum vt an-
tiquo more S, elidatur. Nam Virgilius produ-
xit.

Aene. 6. Dicitur & tenebrosa palus Acheronte refuso,
&c.

III. Exceptio.

Dic tertiam exceptionem.

Producuntur obliqui quartæ, vt Genitiui
singulares, Nominatiui, Accusatiui, & Vocatis
ui plurales, vt fructūs, metūs, quercūs, manūs,
&c.

Solue metus, atq₃ hoc precibus sine posse paren-
tem.

Consurgunt gemine quercus? intonsaq₃ celo
&c.

IIII. Exceptio.

Græca quæ per N T declinantur, producun-
tur: vt Amathūs, Amathuntis, Opūs Opuntis,
Hierihūs Hierichuntis.

Est

*Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cy - Aene. 10
thera.*

V. Exceptio.

Græca contracta ex OVS, Item producuntur, ut:

Panthus Othriades arcis, Phœbiq; sacerdos. Aene. 2.

Sed tamen à πρσ composita corripunt, & Græci & Latini: ut *Polypus, Oedipus*: Solent enim V diphthongum resolvere in o.

Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis. Horat.

VI. Exceptio.

Dic sextam exceptionem.

Etiam genitiui Græci à nominibus in O producuntur, ut *Sapphūs, Cliūs, Mantūs*.

Fatidica Mantus, & Thusci filius amnis, Aene. 10

YS in fine.

YS per Y finientia corripuntur in fine, ut *Capys, Tethys, Chelys*.

Et Capys & Numitor, & qui te nomine reddet. Aeneid. 6.

Apud Latinos exceptio nulla est, apud Græcos contracta accentu noscuntur,

Haftenus diximus de syllabis vsitato in scholis more: nisi quod certum secuti, quibusdam exclusis syllabarum defensionibus: nequaquam nostros, aut fluctuare voluimus, in ijs quæ ratione compræhendi possunt: aut ab authorum

4
authorum probatorum lectione abstrahere, ad
ea inuestigenda quæ facilius lectione quam
præceptis animaduertuntur. Ex syllabis igitur
certe inter se lege iunctis, cum nascantur
pedes deinceps de pedibus dicamus,

DE PEDIBVS.

Quid vocas pedem?

Pes est certa syllabarum constitutio, tempo-
ribus, ac numero variata. A Græcis sumpta est
definitio, & à multis vsurpata: Aut pes est syl-
labarum dispositio certo numero numerosa.

Cur vocarunt pedes in car-
mine?

Ex quadam collatione nomen factum est,
seu similitudine. Vt enim in animantibus pedes
attolluntur, & deponuntur vicissim, atque ita
gressum faciunt: Sic etiam quidam incessus est
carminis per pedes alternos.

Quomodo diuiduntur pedes?

A numero syllabarum, & diuisio, & appella-
tiones sumptæ. Alij igitur sunt simplices: vt
disyllabi, & trisyllabi, id est, qui duabus & tri-
bus syllabis constant. Alij sunt compositi, vt
tetrasyllabi, pentasyllabi, hexasyllabi, qui qua-
tuor, quinque & sex syllabis constant. Quia in re
magis placuisse credo authoribus, illam sylla-
barum

barum breuium ac longarum collationem, compositionemq, quam verum vltim: vt enim in dissyllabis, aut duæ sunt breues, aut duæ longæ: aut vna longa, & breuis: aut vna breuis & longa: atq; ita tantum quatuor pedes: ita progressi longius in pluribus syllabis ex eadem compositione, effecerunt trissyllabos sedecim: pentasyllabos triginta duos: hexasyllabos sexaginta quatuor. Sed nos à dissyllabis faciamus initium. Eorum sunt quatuor.

Pyrrichius, quem Scaliger putat ab ignea Pyrrich. celeritate dictum: alij à saltatione Pyrricha putant: constat duabus breuibus, vt Deus. u u

Spondeus, Cuius vltus in sacrificijs, vnde Sponde. ωένδειν volunt dictum, quod sit porricere libamenta: constat duabus longis vt aūdāx. — —

Iambus, ab iamβίζειν id est, impetere ωαρά Iambus, τὸ ἰεῖν καὶ ἀναβαίνειν vt cum insurgimus iaculationi. Non ab iambe muliercula à qua dicitur Hipponax vltum huius versiculi sumpsisse: cum potius illa ab imperendo sic dicta videri debeat. Primam habet breuem, alteram longam vt fērōx u —.

Trochæus, à volubilitate vocatus dicitur: Troche. quare etiam Rotabilem nuncupatum à quibusdam accepimus, constat prima longa, secunda breui vt Cæsar — u Sed hi etiam alijs appellationibus appellatur: quas notas esse oportet, vt Pyrrichius dicitur ἡγεμῶν quasi dux, pariambus: & Cinesias & Tripudians. Spondeus, etiam Pontificius à Numa Pompilio dictus. Iambus &

ad
im
gi
tur

o-
est
yl-

st,
les
ita
est

la
vt
ri-
vt
a-
re
a-
m



bus, & Daunius, & Gradarius: Trocheus, &
Chorius, & Cordax, & Rutilus.

DE TRISYLLABIS

Quorum sunt Octo.

Hi rursus ex syllabarum trium collatione nascuntur. Aut enim tres sunt breues, aut tres longae: aut duae breues, vna longa: aut vna longa, duae breues: aut vna breuis, duae longae: aut duae longae vna breuis: aut vna longa inter duas breues: aut vna breuis inter duas longas. Hinc igitur nascuntur octo pedes, nec sunt plures formae ex trium syllabarum compositione.

**Tribra-
chus.**

Tibrachus, à tribus breuibus nomen sortitus est. Constat enim vt tribus breuibus, ita tot temporibus, vt *tabula* u u u.

Moloss.

Molossus à gente Molossorum, quae eo valde oblectata fuerit, nomen accepisse putatur: alij alias quaerunt nominis origines: constat tribus longis, 6. temporibus: vt *Venatrix*. — — —

Dactyl.

Dactylus à similitudine digitorum nuncupatus: in quibus articuli non sunt pares, primis semper longioribus: Constat priore longa, sequentibus duabus breuibus: temporum quatuor vt *Ludere*. — u u

Anapaestus

Anapæstus qui etiam Antidactylus, quasi contrarius dactylo: sed alio modo, situ sc. syllabarum: constat enim duabus breuibus, & vltima longa, temporum quatuor vt Pietas.
 u u — Etymon $\omega\alpha\gamma\acute{\alpha}\tau\omicron\ \pi\alpha\acute{\iota}\epsilon\iota\mu$, quod pede terram ferirent.

Antibacchius qui dicitur ita quod Bachio **Antibac.** eodem syllabarum situ, non natura sit contra- — — u rarius: quemadmodum & Palimbacchius: Con- stat duabis longis, vltima breui, temporibus quinque vt Saturnus. — — u.

Amphymacrus item à positu syllabarum **Amphi-** nomen habet, Constat enim prima & vltima **macrus.** longa, media breui: vt vtrinque circa breuem — u — sit longa, temporibus quinque, vt, Suauitas. — u —

Amphibrachus natura contrarius: con- **Amphib.** stat media longa, vtrinque prima & vltima breui, u — u temporibus quatuor vt Corinna. u — u.

His item alia sunt nomina, quæ breuiter subnectemus. Tribacchus & Brachysyllabus & Trocheus: Molossus etiam Trimacer, & Hippeus ab equestri incessu, & Canius, & Vertumnus: Bacchius & Hypobacchius & Oenotrius: Dactylus etiam Herous & Politicus: Anapæstus nullum præterea habet nomen: Antibacchius etiam Latius, & Dionysius, & Profodiacus, & Pompeuticus: nec desunt qui inuertant, & commutent inter se Bacchium & Antibacchium: Amphimacrus etiam Creticus, & Mensalis, & Fescennius: Amphibrachus etiam Hypertheticus, & Scolius vocatur. Quas nomenclaturas

G claturas

&
S
ne
res
na
ga:
ter
as.
liu
ne.
ora
ita
eo
ta-
on-
na-
nt:
ori
rie.
cu-
mis
se
ua
tus



claturas vt non inuestigamus, causasue inquirimus : ita seorsim collocamus, vt ne nimia prolixitate oneremus discentes. Atq; ita pedes exposuimus simplices : reliqui sunt compositi, aut tetrasyllabi qui quatuor : aut pentasyllabi qui quinque : aut hexasyllabi qui sex constant syllabis.

Tetrayllaborum sunt XVI.

DE TETRASYLLABIS.

Hic etiam quatuor syllabarum compositio, sedecim efficit formas: non secus ac trium octo, duarum quatuor. Sunt enim aut omnes longæ, aut omnes breues : aut tres breues cum vna longa : aut duæ breues duæ longæ : aut vna breuis tres longæ : diuerso modo : aut tres longæ vna breuis : duæ longæ duæ breues : vna longa tres breues, diuerso modo : aut duæ longæ in medio duarum breuium : aut duæ breues in medio duarum longarum : aut alternatim breues duæ & longæ duæ : aut alternatim longæ duæ, breues duæ.

**Proces
leusmaticus.**
u u u u

Procleusmaticus ab hortatu seu militari seu nautico, compositus ex duobus Pyrrichijs, constat enim quatuor syllabis breuibus, temporibus quatuor, vt *Pelagius*. u u u u.

Dispondens.
— — — —

Dispondeus à duobus Spondeis, è quibus constat nomen sortitus : quatuor constat longis, temporibus octo vt *Venatores*. — — — —

Dijambus ex duobus Iambis, primam & tertiam habet breuem : secundam & vltimam longam

99
longam temporibus sex, vt *propinquitas*. **Deiamb.**
U - U -

Ditrochæus ex duobus Trochæis, pri- **Ditroch.**
mam & tertiam longas, secundam & ultimam - U - U
breues habet: contrarius Dijambo: tempor.
lex vt *Imperator*. - U - U.

Græci nominarunt, ταυτοσωδία iteratos
pedes. Iambicam è duobus Iambis, Trochai-
cam è duobus Trocheis: poterat quis addere
Pyrrichicam, è duobus Pyrrichijs .i. Proceleus-
maticum: & Spondaicam è duobus Spondeis.
Reliqui ex diuersis componuntur.

Pæon primus à prima longa habet nomen, **Pæon**
quam sequuntur tres breues continuæ, com- **primus.**
positus ex Trocheo, & Pyrrichio: tempor:
quinq; vt *continuus*. - U U U.

Epitritus primus natura contrarius Pæo- **Epitrit.**
ni primo, à prima breui nuncupatur, quam tres **U - - -**
sequuntur longæ. Sicut Pæon i. à prima lon-
ga nomen habet, temporum septem: composi-
tus ex Iambo & Spondeo, vt *Senatores*. U - - -

Pæon secundus secundam habet longam, **Pæon**
reliquas breues, ex Iambo & Pyrrichio, tem- **secund.**
porum quinq;: vt *Iuenculus*. U - U U.

Epitritus secundus secundam habet bre- **Epitrit.**
uem, reliquas longas: ex Trocheo & Spondeo **secundus**
compositus, temporum septem: vt *Condito-*
res. - U - -.

Pæon tertius tertiam habet longam, re- **Pæon**
liquas breues ex Pyrrichio & Trochæo, tempo- **tertius.**
rum quinq; vt, *sceleratus*. U U - U.

Epitrit. tertius. Epitritus tertius tertiam habet breuem, reliquas omnes longas: ex Spondeo & Iambo: temporum septem: vt Demosthenes — — u —.

Pæon quartus. Pæon quartus vltimam habet longam priores tres breues: ex Pyrrychio & Iambo compositus: temporum quinque: vt celeritas. u u —.

Epitrit. quartus. Epitritus quartus vltimam habet breuem, priores longas ex Spondeo & Trocheo compositus: temporum septem: vt Oratoris — — — u Atque hi ita sunt inter se contrarij: nomen Epitritorum vnde fit docebit te Scaliger lib. 2. Poetices capite 4.

Ionicus — — u u Ionicus à maiore ex Spondeo & Pyrrychio factus: priores duas longas sequentes breues habet: temporum sex: vt feliciter. — — u u Ab gente Ionica nomen sortitus, cuius motibus aptus fuit. Dicitur etiam Persicus, quod nomen putant factum ab historia Persica: quæ hoc metro fuerit composita.

Ionicus à minori A n — — Ionicus à minore contrarius superiori, duas priores breues, sequentes longas habet: ex Pyrrychio & Spondeo: vt reuereri, u u — — temporum sex. Vocant & Hypocyclium à rotunditate.

Choriambus. — — u u — Choriambus ex choreo id est trocheo, & Iambo factus vnde nomen habet: primam & vltimam habet longam: medias duas breues, temporum sex, vt Conspicuos — — u u — Huic varia fecerunt nomina: nam & Cyclius a versibus



bus Cyclicis & Hippobacchius, & Bacchius
κατά τροχάϊον vocatur.

Antispastus ex Iambo & Trocheo com-
positus primam & vltimam breuem, medias
duas longas habet: temporum sex: vt amaui-
se ∪ — — ∪ Spondiaco huic nomen & Bac-
chio κατά ἰαμβον. Iam reliqui sunt & pentasyllabi
& hexasyllabi: imo vero etiam octosyllabi pe-
des ex diuersarum syllabarum pedibus conflati:
quos non enumeramus, ne prolixiores simus.
Sunt enim pentasyllaborū vt diximus triginta
duo: Hexasyllaborum sexaginta quatuor: vt ne
reliquos dicamus: quos Mycillus posuit. Quan-
do enim ex trisyllabis & dissyllabis sunt com-
positi, facile quibus, quos modo diximus, no-
ti sunt, iudicabunt: etsi & quadrisyllabi ex dis-
syllabis sunt constructi. Restat igitur nunc vt
de Versibus, qui constant è pedibus dicamus.

DE VERSIBVS.

Primum de nomine dicamus vnde sit: deo
inde de definitione: tum de generibus, & acci-
dentibus. Latinam esse vocem certum est, vt
versus sit à vertendo. Verrere vocabant sulca-
re, aut scalpere: hinc frequentatiuum vertere:
vt cum in ceris notas ducerent stilo ferreo.

Quemadmodum enim Agricolaë terram
vertunt .i. arant: sic Cicero dixit: literas exara-
re: voce ab Agricolis sumpta, Inde in cera versus
dixerunt: quos sulcos in agris, id est: lineas

G 3

quibus

quibus verba scribantur. Atq; id ita in omni scriptura: postea tamen nomen ad ligatam orationem translatum est: & dicti sunt versus, qui etiam carmina omnis generis. Versum autem definit Scaliger sic:

**Definit.
versus.**

Versus est dispositorum pedum certo numero castigata connexio.

Hanc ille ponit, refutata antiqua grammaticorum definitione.

Sunt autem versuum multa genera, ut Pyrrichici, Iambici, Trochaici, Spondaici, Molestici, Dactylici, Anapaestici, Choriambici, Pæonici, Ionici à maiore, Ionici à minore, Logædici, Antispastici, Epichoriambici, Epionici, & præterea multi. Atq; hi nomen ferè habent à pedibus principalibus.

Sunt etiam appellationes vel à numero pedum ut Senarij octonarij: vel mensurarum ut Dimetri, Trimetri, Tetrametri, Pentametri, & Hexametri: vel syllabarum ut Hendecasyllabi: vel à quantitate ut Longi: vel à qualitate ut quadrati: vel ab authore ut Sapphici, Alcaici: vel à gente ut Ionici: vel ab usu, Elegiaci: vel à societate Lyrici. Sunt deinde rursus aliæ appellationes, ut Acatalectici, Catalectici, Brachycatalectici & Hypercatalectici: In quolibet scilicet genere certæ formæ. Rursus etiam sunt versus Puri & Mixti. Puri qui suum tantum pedem: mixti qui alienos admittunt. Sed mixti non vno modo: quidam enim similem aut parem pedem admittunt: quidam dissimilem &

103
lem & imparē, de quibus suo loco. Omitto
item Græcas multas appellationes.

Sed ad versuum genera quod attinet, in hoc
libello, percurremus tantum nouem præcipua:
Iambicum, Trochaicum, Dactylicum, Anapæ-
sticum, Antispasticum, Choriambicum, Ioni-
cum à maiore, Ionicum à minore, Pæonicum.
Quæ ut à pedibus præcipuis nomen habent: ita
usitata sunt.

DE ACCIDENTIBVS.

Accidunt autem versibus Octo: Quantitas:
Forma: Deposito: Genus: Species: Dispositio
pedum: Cæsura: & Scansio.

DE QVANTITATE.

Quid est Quantitas?

Est quæ pedes numerat, & ex numero eo-
rum versus nuncupat. Hinc versus sunt Mono-
metri, Dimetri, Trimeri, Terrametri, Pentame-
tri, Hexametri. Sunt etiam Senarij & Octonarij.
Ad quorum appellationem illud pertinere scio-
endum est: alios versus ita numerari, ut duo pe-
des coniuncti, siue ut loquuntur combinati con-
stituant vnam dimensionē: quæ Græcis *συσυγία*
est: & vocari per dipodiam eam scansionē, de qua
infra. Alios autem ita mensurari, ut singuli pe-
des singulas efficiant dimensiones, & vocari eam
scansionē per monopodiam. Hæc habet locum
in Dactylicis, Ionicis, Choriambicis: illa in Iambi-
cis, Trochaicis, Anapæsticis. Vocatur igitur Mo-
nometer, q̄ constat vno metro, siue dimensionē:

G A

Dimeter

Dimeter qui duobus metris : Trimeter qui tri-
bus : Tetrameter qui quatuor. Atque in his om-
nibus duo pedes simplices constituunt vnā
dimensionem, siue metrum : quā ratione tetra-
meter qui dicitur, octo habet pedes simplices :
quatuor combinatos : quos vocamus metra &
dimensiones : sic de alijs. Pentametri mensura-
ti per monopodiam, constant quinque simplici-
bus : Hexametri sex simplicibus pedibus, exce-
ptis tamen Iambicis & Trochaicis si qui reperi-
untur. Senarij & Octonarij à simplicibus sex,
& octo pedibus, nomen habent.

DE FORMA,

Quid est forma ?

Forma est per quam alij sunt simplices : alij
compositi versus. Ea igitur pertinet ad compo-
sitionem. Simples quos Græci $\mu\omicron\nu\omicron\epsilon\iota\delta\epsilon\grave{\iota}\varsigma$ aut
 $\delta\mu\omicron\epsilon\iota\delta\epsilon\grave{\iota}\varsigma$: nos uniformes dicimus : sunt, qui
eodem ductu, ad finem vsque decurrunt, vt sunt
Heroici, Iambici, Pyrrichici, Trochaici, Ana-
pæstici, Molossici, & id genus alij. Compositi
qui etiam multiformes, non sunt eiusdem gene-
neris, vt quos Aeolicos vocarunt, & Logæ-
dicos, & compositos Dactylicos, Anapæsticos,
Choriambicos, Antispæsticos. Et Ionicos à
Minore mistos : item à Maiore : & Pæonicos,
Epichoriambicos, & Epionicos. Atque adeo plu-
res compositi, quos ne quidem enumerare hoc
in loco necesse est.

DE

105
DE DEPOSITIONE.

Quid est Depositiō ?

Est desinentia versus qua alius proprio pede clauditur: alij deficit, alij superest aliquid.

Quotuplex est Depositiō ?
Quadruplex.

Brachycatalectica, quando versui desunt duæ syllabæ, quo minus proprio claudatur pede.

Catalectica quando versui deest vna syllaba, quo minus proprio claudatur pede.

Acatalectica, quando versus proprio suo pede clauditur: proprio id est eo, à quo metrum nomen habet.

Hypercatalectica, quando vna superest syllaba excedens legitimum pedem:

Addiderunt nonnulli etiam duas,

Græcas voces qui interpretantur, Acatalectum, vocant perfectum: Hypercatalectum, Exuberans: Brachycatalectum, mutilum: Catalectum Semimutilum. Latini prisci sustulerunt Brachycatalecti appellationem cum versuum quantitatem signauerunt simplicissimè, Binarij, ternarij, quaternarij, quinarij, senarij, septenarij, octonarij, appellatione. De qua hic dicere libuit potius, quam in quantitate. Hypercatalectum versum etiam Hypermetron dixere, de qua appellatione in generum expositione dicemus, sub Heroico.

G S

DE

DE GENERE.

Quid est Genus?

Genus est per quod ex pedibus, & eorum dispositione appellantur versus. Nam à pedibus principalibus ferè fit denominatio.

Quot sunt genera Versuum?

Multa sunt, & ab vno Horatio decantata, vt vulgo fertur, vnde viginti genera. Nos nouem infra exponemus: libuit enim hic nuda proponere accidentia, & per ea deinde singula genera ducere: idq; habita scholæ nostræ & classium ratione. Erunt autem hæc.

1. Iambicum:
2. Trochaicum:
3. Dactylicum:
4. Anapæsticum.
5. Antispæsticum.
6. Choriambicum.
7. Ionicum à maiore.
8. Ionicum à minore.
9. Pœonicum.

Quæ omnia ex suis pedibus principalibus nomen habent, à Iambo: Trocheo: Dactylo: Anapæsto: Antispæsto: Choriambo: Ionico à maiore: Ionico à minore: Pœone.

DE SPECIE,

Quid

Quid est Species?

Species est quæ versibus, vel à quantitate: vel à depositione nomen imponit, in singulis generibus: ut sunt Monometri: Dimetri &c. Catalectici, Acatalectici. Qui deinde versus etiam alias sortiuntur appellationes: vel ab authoribus, qui primi vsi sint: vel à materia, & argumento cui adhiberi soliti: vel à numero syllabarum. Ab authore est Sapphicum, Alcaicum: Aristophanicum: Phalæcium: ab argumento Heroicum, Elegiacum: A numero syllabarum Hendecasyllabicum. Atq; has appellationes magis propriè volunt ad speciem pertinere, quàm illas à quantitate, vel depositione sumtas. Verum species etiam in singulis generibus videbimus.

DE DISPOSITIONE PEDVM.

Quid est dispositio Pedum?

Dispositio pedum est quæ docet qui pedes cuiq; generi conueniant: & quibus in locis seu regionibus collocari debeant: ut in Hexametro quod constat sex regionibus, siue locis: Primo, Secundo, Tertio & Quarto loco ponitur indifferenter Spondeus vel Dactylus. In quinto regulariter Dactylus: in sexto spondeus, vel trocheus: quia vltima syllaba est indifferens. In pentametro quod quinque locis, primo & secundo indifferenter spondeus, vel Dactylus,

Dactylus, quos sequitur vna syllaba id est, semipes: in tertio & quarto Dactylus tantum: quem sequitur altera syllaba, vel semipes qui cum priore constituit quintum pedem, quinti loci. Ad dispositionem pedum pertinent & figurae versuum quas sic vocauerunt: vt Heroicum ex dispositionis varietate, recipit triginta duas figuras: de quibus apud Aldum est, & Erythraeum.

DE CÆSVRA.

Quid est Cæsuræ?

Cæsuræ græcis τομή vel κόμμα, latinis etiam incisum, est quædam sectio versus, cum post aliquot pedes syllaba longa, quæ sit finis dictionis & initium noui pedis, interfecat versum. Qua ratione Grammatici sic dicunt secari versum: vt pars ad præcedentem, pars ad sequentem pedem pertineat: in qua tamen descriptione non fit mentio vltimæ syllabæ, in qua ferè fit cæsuræ: nisi in Trochaica.

Quotuplex est Cæsuræ?

Triplex: id quod vsitatius est dicere: alioqui, plures sunt species.

PRIMA EST πενθμιμέρης, latini semiquinariam vocant:

Secunda ἑφθμιμέρης, latini semiseptenariam.

Tertia

109

Tertia, κατὰ τρίτον τροχῆιον, latini Trochaicam tertiam. Has tres agnoscunt Terentianus & Diomedes, & Trochaicam secundo loco recensent.

Semiquinaria, est cum post duos pedes primos, syllaba quæ sit finis dictionis, & initium tertij pedis, remanet, vt.

Insuetum per iter: TER cæsura est, eadem finis dictionis, & initium sequentis pedis: Quæ græcè nomen habet, quod duos pedes & dimidium complectatur: quas partes si bis capias, quinque efficias: vnde etiam semiquinariæ nomen est apud latinos.

Semiseptenaria est cum post tres pedes primos syllaba, quæ sit finis dictionis, & initium quarti pedis remanet, vt *Insuetum per iter gelidas*. DAS Cæsura est semiseptenaria: quia dimidium Septenarij continet, id est, tres pedes cum semisse. Sunt tamen qui rationem nominis sic quærant: vt singulos pedes in duas diuidant partes, arsin et thesin: & adijciant eam partem vel syllabam, in qua est cæsura: ita in hac quæ à septem partibus nomen habet, tres pedes conficiunt sex partes: septima erit syllaba in quam cadit cæsura. Hanc Mycillus, illam Erythræus sequitur.

Trochaica tertia est, cum post duos pedes relinquuntur duæ syllabæ in fine dictionis, quæ efficiunt Trochæum: & sunt pars Dactyli: Est igitur Trochaica tertia, à Trochæo tertio in loco vt: *Fōrmōsām rēsōnārē doces, &c.*
Infandum

Infandum reginā iubes renouare dolorem. Hæ
cæsurae sunt vsitatiores, sed adiiciuntur & aliae,
vt Trithemeris quam Semiternariam possis di-
cere post primum pedem. Enneamimeris quam
seminouenariam, post quatuor: Hendecami-
meris post quinque pedes: remanens syllaba, &
claudens dictionem, & faciens initium pedis.
Omnium in vno versu ostenderunt exemplum,
vt. *Ille latus niueum molli fultus hyacyntho,* præ-
terquam posterioris, cuius sunt exempla in ijs
qui clauduntur monosyllabis dictionibus.

Sternitur exanimisq; tremens procumbit humi bos.

Additur & Trochaica quarta, & Tetrapodia
Bucolica, & Monomimeris à quibusdam. Vis
autem Cæsurae est, vt syllabam breuem natura
producat, vt,

Olli serua datur operum haud ignara Minerva.

DESCANSIONE.

Quid est scansio?

Est, quæ versum metitur in certas regiones
siue spacia:

Quotuplex est Scansio?

Iam supra facta est mentio: Aliam scansio-
nem dici per Monopodiam: cum videlicet sin-
guli pedes in singulas dimensiones computan-
tur. Aliam vero scansionem per dipodiam, cum
bini pedes, in singulas dimensiones accipiun-
tur. Scanduntur autem Dactylica, Choriambica,
Antispastica, Ionica à Maiore, Ionica à
Minore,

111
Minore, Pæonica per, Monopodiam, Iambica,
Trochaica, Anapæstica per dipodiam. In qui-
bus bini semper pedes, vnam efficiunt dimen-
sionem: vnde & qui duobus simplicibus pedi-
bus constant, Monometri: qui quatuor, dime-
tri: qui sex, trimetri: qui octo, tetametri, di-
cuntur: vt supra de quantitate dictum est. Sunt
tamen qui præter Dactylicos versus, omnes
contendant per dipodiam scandi debere: quod
longiores pedes vt Choriambi, Antispasti, Io-
nici &c. consistunt ex duobus minutioribus dis-
syllabis. De qua re satis est monere: interea
hanc quæ præscripta est teneamus rationem,
pueris accommodatiorem.

Sunt ne figuræ scansioni necessariae?

Sunt paucae, de quibus hic, reliquis in locum
suum reseruatis. Prima est Synecphonesis,
quando duæ vocales in scansione, diuisæ qui-
dem syllabis: tamen in vnam contrahuntur:
vt, *Ferrêiq; Eumenidum thalami*. Quorsum re-
fero & illa: *Semihominis Caci &c. Semianimis me-
dia procubuisse domo*.

Secunda est Dialysis, quando vna syllaba
soluitur in duas: Contraria superiori, vt si syl-
uæ, trisyllabum facias, Sicut Horatius:

Nunc mare nunc syluæ: quod lex metri
exigit: Et verbum soluo. Catullus. *Quod Zo-
n m soluit diu ligatam*: Talia sunt *suãuis, suëtus
suãsit*, Quin verbum gaudet in trisyllabum
eundem soluisse putant, in hoc versu.

Verbosa

Verbosa gaudet Venus loquela.

Debet enim esse Dactylus secundo loco.
Hæc usus docebit.

Tertia est Synalæpha, quæ vocalem aut diphthongum in fine dictionis positam: si sequatur alia, vel vocalis, vel diphthongus, in initio dictionis sequentis, elidit & tollit.

Tum vero ancipiti mentem formidine pressus.

Obstupui: steteruntq; comæ & vox faucibus hæsit.

Quarta Ecclipsis quæ M, in fine dictionis, si sequatur vocalis aut diphthongus in initio sequentis dictionis, elidit, extruditq;.

Ille ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit.

Has putamus sufficere pueris, dicturi tamen copiosius post genera carminum de his quoq;.

DE GENERIBVS VERSVM.

Genera versuum diuersa esse, ex ijs quæ supra diximus, facile quisq; æstimare potest. Sed omisis alijs, nos de nouem præcipuis dicturos indicauimus: de Iambico scilicet, Trochaico, Dactylico, Anapæstico, Antispastico, Choriambio, Ionico à Maiore, Ionico à Minore, Pæonico. Etsi autem inter hæc omnia Dactylicum, quod Heroicum dicitur, ut dignitate, & nomine præstat, ita merito in expositione generum primo loco constitui debebat: tamen quia omnes qui ista tractarunt; ea genera quæ à minutioribus pe-

bus pedibus nomen obtinuerunt: vt Pyrrichica, Iambica, Trochaica, in prima acie constituerunt: nos etiam ab iisdem initium faciamus. Erit igitur primum ex nouem istis, de quo dicimus Iambicum: quod, sicut deinde ordine reliqua per accidentia explicabimus.

DE IAMBICO.

Iambicum est quod Iambum omnibus recipit locis, vnde & nomen habet. Hic pes est principalis in eius tamen locum, alij subeunt pedes.

Est autem aliud purum, aliud impurum, vel comicum vel mixtum.

Purum aut solis plane constat Iambis: vt.

Beatus ille: qui procul negocijs:

Aut locis paribus saltem Iambis: imparibus etiam alijs pedibus admissis: vt Dactylo, spondeo, Anapæsto: Ita tamen vt Iambi loco, locis paribus nonnunquam reperiatur Tribra-
chus apud Latinos: vt:

Quem sepe transit casus aliquando inuenit.

Apud Græcos etiam Anapæstus.

Loci pares sunt, secundus, quartus, sextus, octauus.

Loci impares, Primus, tertius, quintus, septimus.

Iambicum impurum vel Comicum est, quod promiscuè omnibus locis, seu paribus,

H seu im-

seu imparibus, recipit Iambum Spondæum,
Dactylum, Anapæstum, Tribrachum, Proce-
leusmaticum: sed ut postremo loco aut Iam-
bus aut Pyrrichius claudat. Quo fit ut sæpe to-
to in versu nullus sit Iambus, præterquam in fi-
ne, ut Terentius:

*Quapropter te ipsum purgare ipsis coram pla-
cabilius est.*

Tale est Comicum à Comiciis nomine fa-
cto,

Cæterum Iambicum per accidentia variat.
Est enim quantitate Monometrum: dimetrum:
trimetrum: tetrametrum: per dipodiam. Sunt
& Senarij, & octonarij versus, per monopod-
dian. Forma est simplex, de hoc enim dicimus.
Depositione in singulis quantitatibus variat,
Brachycatalecticum, Catalecticum, Acatale-
cticum, Hypercatalecticum. Genere Iambic-
um est. Specie variat ut Euripideum, Anacre-
onticum, Archilochium, Alcaicum, Alcmani-
um, Hipponacteum. Verum de singulis specie-
bus dicendo, dispositionem pedum, de qua ta-
men dictum est, persequemur. Scanduntur
per dipodiam.

DE MONOMETRO IAMBICO.

Primum & exiguisimum est Monometrum,
Brachycatalecticum, quod vno tantum pede
simplice constat. Nam cum Monometrum con-
stat vno metro: duobus pedibus simplicibus,
combinat

combinatis in vnam dimensionem: necesse est
Brachycatalecticum cui desint duæ syllabæ,
vno tantum constare pede. Exempla adducunt
ex Comicis græcis vt $\dot{\iota}\acute{\omega}$ aut $\tilde{\alpha}\tilde{\alpha}$, aut $\phi\tilde{\upsilon}\phi\tilde{\upsilon}$. De
quibus nos non disputamus. Phalereus tamen
Demetrius $\eta\mu\acute{\iota}\mu\epsilon\tau\rho\upsilon$ vocat, quasi dimidium
metrum: vel dimidiam dipodiam.

Monometrum Catalecticum vno
pede simplice, & vna syllaba constat. Atq; is
pes simplex aut est spondeus, aut Iambus vel in
hoc, vel in illo, vt $\dot{\iota}\acute{\omega}\mu\acute{o}\dot{\iota}$. $\dot{\iota}\acute{\omega}\zeta\epsilon\tilde{\upsilon}$. $\tilde{\omega}\tilde{\epsilon}\dot{\iota}\alpha$. Atq;
hoc simile est Bacchiaco monometro.

Acatalecticum Monometrum, quod con-
stat duobus simplicibus pedibus integris, id est,
vno metro per dipodiam, vt $\dot{\iota}\acute{\delta}\dot{\iota}\acute{\delta}$, item $\omega\alpha\epsilon\tau\tilde{\omega}\rho$
 $\gamma\epsilon\tilde{\nu}\tilde{\epsilon}$. Hæc species Basis dicitur, quasi fundamen-
tum sit totius carminis Iambici. Etiam $\tau\alpha\upsilon\tau\omicron-$
 $\pi\rho\delta\dot{\iota}\alpha$ Iambica, si vterq; sit Iambus, vt $\dot{\iota}\acute{\delta}\dot{\iota}\acute{\delta}$, $\epsilon\acute{\alpha}\epsilon\acute{\alpha}$.

Monometrum Hypercatalecticum con-
stat duobus simplicibus pedibus integris, & vna
syllaba. Hoc tandem dignatur nomine metri
Seruius: cognominatur autem Archilochium vt
Id triumphæ: $\sigma\acute{\iota}\gamma\alpha, \kappa\acute{\alpha}\theta\eta\zeta\epsilon$ Acharnensibus. $\pi\acute{\epsilon}\mu-$
 $\pi\epsilon\iota\upsilon\epsilon\tilde{\rho}\omega\tau\alpha\epsilon$. &c. Hæc eadem est Pentemime-
ris Iambica.

DE DIMETRO IAMBICO.

Hoc eadem ratione de positionis variat.

Dimetrum Brachycatalecticum constat
tribus pedibus simplicibus, vt desint ei duæ

H 2

syllabæ,

syllabæ, aut integrum dimetrum: Euripideum
 est, specie, ab Euripide authore, vocatur & He-
 miolium, quia totam syzygiam cum dimidia
 complectitur. Hoc frequens est. ὦ Ζεῦ θεῶν
 πατήρ. Apud Seruium: *Dea decus meum.*
Dimetr. Scaligerum: *Da nobiles opes.* Dimetrum Ca-
 talecticum constat pedibus tribus simplicibus,
 & vna syllaba: Anacreonticum dictum. Hoc
 ita vsitatum, vt totum Idyllion extet apud
 Theocritum hoc genere contextum: quod eo-
 dem genere expressit Hefsius. Vnum addam
 Epigramma de Amore, inter rosas festiuissi-
 mum.

σέφορ πλέκωρ πόθ' εὔρορ
 ἐρτοῖς ῥόδοις ἔρωτα:
 καὶ τῶν πῆρῶν καταχῶρ
 ἐβάπτισ' εἰς τ' οἶνον
 λαβῶρ δ' ἐπιθορ αὐτόρ.
 καὶ νῦν ἔσω μελῶν μῦθ
 πῆρῶσι γαργαλίσει.

Melanchthon reddidit eodem
 genere.

Cum neeterem corollam,
 Inter rosas repertum:
 Cupidinem prahendi
 Ala: meroq; mergens
 Vna imbibi procacem.
 Nunc ille sæuit imis
 Puer mihi in medullis.

Extat

Extat & Prudentij hymnus hoc genere, &
vſus eſt præterea ſubiungens hanc ſpeciem Tri-
metro Catalectico, &c.

Dimetrum Acatalecticum conſtat quatuor ſimplicibus pedibus, id eſt, duabus dipodijs, cognominatur Archilochium ab Archilocho, nobiliſſimo Iambographo, quem vrbe pepulerunt Lacedæmonij, propter dicacitatem. Tale eſt, *Fortuna non mutat genus.* Hac ſpecie tota abſoluuntur carmina: sæpe ſubiicitur Iambico Trimetro, Acatalectico, vt apud Horatiũ.

Beatus ille qui procul negocijs

Vt priſca gens mortalium.

Sæpe Heroico Hexametro :

Nox erat, & cælo fulgebat Luna ſereno.

Inter minora ſidera.

Dimetrum Hypercatalecticum, conſtat quatuor pedibus ſimplicibus, id eſt, duabus dipodijs integris & vna ſyllaba. Specie Alcicum vocant ab Alceo: Alij Alcmanium dicere maluerunt. Apud Horat. ſubiicitur duobus Daçtylicis Alcmanijs tetrametris Acatalecticis, in hunc modum.

Fortuna ſeuo leta negotio,

Ludum insolentem ludere pertinax.

Sunt duo Daçtylici: ſequitur iam Iambicus, dimeter Hypercatalecticus :

Transmutat incertos honores.

Cui ſubiungitur item Daçtylicus, Alcmanius, Acatalecticus.

Nunc mihi nunc alijs benigna.

H 3

DE

DE TRIMETRO IAMBICO.

Persequamur & hanc ordine speciem & item alteram.

Trimetrum Brachycatalecticum, constat quinque pedibus simplicibus, duabus dipodijs cum dimidia: qua ratione desunt duae syllabae ad perfectionem Trimetri integri: quod requirit sex pedes, dipodias tres. Vocarunt Alcmanium hoc quoque, ut sit alterum ab alio Alcmanio de quo supra. Exemplum sunt apud Graecos, apud Latinos fuerunt quinarj Iambici versus, quorum facta mentio supra. Servius hoc affert.

Spernis decora virginistorum.

Scaliger, illud.

O virgo da quod non perit datum.

Trimetrum Catalecticum, constat quinque pedibus simplicibus, & vna syllaba. Hipponacteam vocarunt. Extat apud Theocritum in Epigramma Archilochi poetae: quod non ascribimus. Tale putat Diomedes Horatianum esse:

Trabuntque siccas machinae carinas:

Et colobum vocat: alij volunt esse compositum. Apud Scaligerum est.

Cruenta vatium nemo dicta vitat.

Vtuntur nonnulli etiam coniunctis duobus Catalecticis, altero trimetro, altero dimetro: aut Iambicum trimetrum Catalecticum, subiungunt Trochiaco Hipponacteo. Exemplum lectio suppeditabit.

Trimetrum Acatalecticum constat sex pedibus simp-

bus simp

bus simplicibus, dipodijs tribus integris. Archilochium alterum nuncupatur. Exempla huius sunt infinita, neque enim quicquam eo usitatus, Tota poemata hoc genere composita leguntur: cernere est in comædijs: magis tamen in tragædijs. Exempli loco addemus hosce tantum Senecæ versiculos:

Iniqua raro non aximis virtutibus

Seneca.

Fortuna parca: nemo se tuto diu

Periculis offerre tam crebris potest:

Quem saepe transit casus aliquando inuenit.

Alij trimetro Acatalectico, subiunxerunt dimetrum eiusdem depositionis: & tales sunt decem odæ priores apud Horatium. Aliàs subnectitur sapphicus, q̄ constat semiquinaria Dactylia Heroica, & dimetro Iambico Acatalectico.

Pecti nihil me sicut antea iuuat.

Horat.

Scribere versiculos amore perculsum graui.

Aliàs ipse versus trimeter Iambicus Acatalecticus sequitur Heroicum:

Altera iam teritur bellis civilibus ætas.

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Horat.

Trimetrum Hypercatalecticum constat sex pedibus simplicibus, tribus dipodijs integris & vna syllaba. Vocant Hipponacteum alterum, nec sunt multa exempla: apud Scaligerum, hic ponitur versus.

Petior Megara lingua lesi sit Poeta.

Scaliger.

DE TETRAMETRO IAMBICO.

H 4

Tetrame

Tetrametrum Brachycatalecticum constat septem pedibus simplicibus, tribus dipodijs integris, & vna dimidia. Vocant Aristophanium alterum, secuti Seruium, qui hoc posuit exemplum.

Seruius,

Marcent lucerna, sol propinquat, non tamen vacas.

Scaliger hoc:

Pauci sciunt, quid mane, quid vesper vehat sibi.

Tetrametrum Catalecticum constat septem pedibus simplicibus: tribus dipodijs integris: vna dimidia, & vna syllaba. Anacreonticum appellant. Apud Comicos huius creber vsus in mixtis, vt apud Terentium.

Si quippiam remiserint Philumena dolores,

Exemplum est Scaligeri.

Amor medullas incitus suba sperascit acer.

Seruij.

Portum petens, auram relaxa, vela solue malo.

Tetrametrum, Acatalecticum. Constat octo simplicibus pedibus, quatuor dipodijs integris.

Aristophanium hoc vocatur tertium.

Scaliger,

Audi, & vicissim dic, relinque sordidis conuicia.

Hoc item frequentissimum est comicis & vocant octonarium pleriq;: de qua appellatione & similibus alibi diximus. Sunt qui Boiscum nuncupent, ab authore Boisco, ex Ruffino de Comicis metris, qui sic scriptum reliquit:

Tetra

Tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus:
 Tetrametrum Hypercatalecticum constat
 octo pedibus simplicibus, & vna syllaba. Di-
 citur Anacreonticum in hac etiam specie alte-
 rum. Rara huius exempla: Græcum citavit
 Hephæstio, suspectum multis. Plauti sunt: sed
 mixta addere non libet, Scaligeri hoc est.

Leuis procaci peruitacem me manu quatit cupido. Scalig.

Atq; idem author dicit Anacreontem exce-
 dere modum octonarij ausum: quod neq; pri-
 scis, nec nobis placuisse velit: Ex quo intelli-
 gas, vsum priscis supra octonarium in Iambico
 genere non fuisse: Sed Grammatici etiam Pen-
 tametrum faciunt Brachycatalecticum, quod
 constet nouem simplicibus pedibus, affictis
 exemplis Græcis & adductis ex Plauto, quæ ta-
 men sint mixta, & primam Syzygiam plerumq;
 ex Spondeo & Trochæo habeant, quod legi-
 bus Iambicorum contrarium est. Addunt præ-
 terea Pentametrum Catalecticum: & Pentame-
 trum Acatalecticum: quorum illud nouem pe-
 dibus simplicibus & vna syllaba: hoc decem
 simplicibus, id est, integris quinq; constat di-
 podijs.

DE SCAZONTE.

Etsi ad trimetros hosce Iambicos referre par-
 fuerat, tamen quia illi recti, vt qui pares habe-
 ant pedes suis locis: hi vero non recti: placuit
 seorsim subijcere. Est igitur è Iambicorum ge-
 nere Scazon, quem primus Hipponax adiecto

H 5 tempore

tempore, ad sextum pedem: ut fieret in fine aut Trochæus, aut Spondæus: & extudit, & claudum appellavit. Eius dispositio pedum hæc est: locis paribus recipit Iambum: ut secundo, & quarto: imparibus Iambum, Spondeum, Dactylum, Anapaestum ut supra dictum est, ut primo & Tertio: quinto autem Iambum, Sexto Spondæum vel trocheum. Has leges observarunt plerique Catullus, Martialis: alij quinto loco etiam Spondeo, vsi sunt, ut Boetius.

Catull.

Nimv risu inepto res ineptior nulla est.

Sed non videmus mantica quod in tergo est.

Boetius,

Quisquis profunda mente vestigat verum,

In se reuoluat inimicæ lucem visus.

Ac ut usum fuisse putant huius carminis contra hostem, sic de inuentore Hipponacte est apud Plinium, lib. 36. cap. 5. Vbi ait, Hipponacti notabilem fœditatem oris fuisse: itaque Bupalum & Antheremum fratres pictores, imaginem eius proposuisse ridentium circulis. Quod indignatum Hipponactem carminis acerbiter in tantum distrinxisse, ut à plerisque creditus sit ipsos ad egressum ad suspendium: quod tamen falsum sit. Putant vixisse Hipponactem circa Olympiadem sexagesimam, circiter id tempus, quo Monarchia ad Medos translata est. Græci etiam vocant *χωλιαμβον* quasi Iambum aut Iambicum claudum. Et reperiri putant etiam Scazontes tetrametros Acatalecticos nullo

123
cos nullo probato addito exemplo. Nos tri-
metri addemus exempla hosce tantum versicu-
los Catullianos.

O quid solutis est beatius curis.

*Cum mens onus reponit ac peregrino
Labore festi, venimus larem ad nostrum,
Desideratq; acquiescimus lecto.*

Hoc est. Quod vnum est pro laboribus tantis.
Sunt tamen apud Comicos etiam Scizontes,
id est, impuri.

DE TROCHAICO.

Trochaicum est quod Trochæum omnibus
locis recte recipit: à quo principali pede etiam
cognominatur. Magna huic cognatio est cum
superiore: ita vt ad Trochaicum, siue addas
sub initium, siue demas syllabam fiat Iambi-
cum. Ac Trochaicum sicut Iambicum: aliud
item est purum: aliud impurum siue Comi-
cum: Purum aut solis constat Trochæis: aut
locis imparibus tantum recipit Trochæum, &
eius loco Tribrahum, raro Dactylum: locis
autem paribus Dactylum, trybrahum, Spon-
deum, Anapæstum, & proceleusmaticum.

Tolle thyrsos, æra pulsa: nam Lyæus aduenit.

Impurum quo Comici vtuntur promiscuè
Dactylum, Anapæstum, Tribrahum, Spon-
deum, Trochæum omnibus locis recipit.
Trochaicum etiam per accidentia variat.
Est enim

Est enim quantitate Monometrum, dimetrum, Tetrametrum. Forma est simplex. Depositione singulae quantitates variant, & fit Brachycatalecticum, Catalecticum, Acatalecticum, Hypercatalecticum. Genere est Trochaicum: specie Pancratium, Ithyphallicum, Euripideum, Alcmanium, Bacchylidium, Sapphicum, Sotadicum, Archilochium. Hipponacteum, Anacreonticum. Singularum porro specierum constitutionem, pedumque dispositionem videbimus, de qua tamen in genere diximus. Scanduntur per dipodiam.

DE MONOMETRO.

In hoc item genere exiguissimum fuit Monometrum Brachycatalecticum quod vno tantum Trochæo constat simplice, id est, dimidio metro vel dipodia. Adducitur exemplum graecum ab Hephæstione $\zeta\epsilon\upsilon\sigma\ \mu\epsilon$, Et ex Euripide $\epsilon\iota\epsilon\rho$. De quibus, sicut nec de Iambicis, hic non disputamus.

Monometrum Catalecticum, constat vno pede simplice, & vna syllaba: cuius exemplum est illud Terentianum *occi*: de quo tamen aliter sentit Erasmus: apud Euripedem $\omega\ \pi\acute{o}\lambda\iota\epsilon$.

Monometrum Acatalecticum, constat duobus pedibus simplicibus, id est, vna syzygia vel dimensione. Hoc vocant basyn Trochaicam & Tautopodiam, $\kappa\alpha\iota\ \sigma\upsilon\ \mu\acute{\alpha}\tau\epsilon\varsigma$ in Phænis.

nis. Sed Scaliger putat in usu hæc non fuisse
vetustioribus.

Monometrum, Hypercatalecticum, constat
duobus pedibus simplicibus, vna integra
dipodia, & vna syllaba. Hoc Pancratium di-
ctum est, & agnoscitur minimum, ac primum
in hoc genere à Scaligero φεύγε λοιδορώρ.
Nulla iam fides.

DE DIMETRO.

Dimetrum Brachycatalecticum constat tri-
bus Trochæis simplicibus, id est, vna syzygia
integra cum dimidia. Dictum Ityphallicum,
cuius nominis etymon alij ab imagunculis
phallorum obscænis: quas circumferebant
Dionysiacis, deducunt: alij aliunde. Latini hoc
componunt cum Dactylico tetrametro.

*Soluitur acris hiems grata vice, veris & fa-
uoni.*

Græci etiam solo vtuntur ἀπᾶσα φεύγοι
apud Aristophanem.

Dimetrum, Catalecticum, constat
tribus pedibus simplicibus vna dipodia, vno
pede & vna syllaba. Hoc Euripideum dixerunt
& Lycetium. Prudentius vtitur. **Prudentius.**

Scripta sunt cælo duorum,

Martyrum vocabula.

Vtitur & Horat. & præponit Iambico trime-
tro Catalectico.

Non

Non ebur neq; aureum

Mea renidet in domo lacunar. Glyconium
etiam vocarunt.

Dimetrum Acatalecticum, constat qua-
tuor pedibus simplicibus, syzygijs integris
duabus. Dicitur Alemanicum. Talis est prior
versus in superiore Prudentij exemplo.

Dimetrum Hypercatalecticum constat qua-
tuor pedibus simplicibus id est, duabus dipo-
dijs & vna syllaba. Hoc Bacchylidium est à
Bacchylide quem inter nouem recensuerunt
lyricos. Exemplum ponit Seruius:

Floribus corona textitur.

Scaligeri græcum est: *οὐ κακῶν βίαι κατ'ἀρε-
τοί.* Latinum: *Vita non est vita, si mala
est.*

DE TRIMETRO.

Trimetrum Brachycatalecticum constat
quinque simplicibus pedibus: Hoc Sapphicum
cognominarunt.

Tende barbyron puella Lesbis.

Sunt omnes Trochæi.

Trimetrum Catalecticum constat quinque
pedibus simplicibus & vna syllaba, id est, dua-
bus dipodijs, dimidia & vna syllaba. Hoc So-
radicum nuncupant: alij etiam Archilochium.
Vocant etiam Iambicum Acephalon: quod
syllaba à Senario Iambico ablata in initio effi-
ciat Tro-

12
ciat Trochaicum trimetrum Catalecticum.
Exemplum ponit Micyllus. Plauti Iambicum
est.

Non omnis aetas ad perdicendum sat est.

Ab eius initio si auferas *Non* syllabam: fiet
Trochaicus versus trimeter Catalecticus.

Omnis aetas ad perdiscendum sat est.

Sed impurus.

Trimetrum Acatalecticum, constat
sex pedibus simplicibus, id est, tribus dimensio-
nibus integris. Hoc Seruius vocauit Sotadi-
cum: Scaliger Archilochium: Cognatio ei
est cum Sotadico Ionico, de quo infra. Exem-
plum est Scaligeri.

Ira forti, forte telum mens quiet a.

Trimetrum Hypercatalecticum constat sex
pedibus simplicibus, id est, tribus metris inte-
gris, & vna syllaba. Exemplum latinum citat
Seruius hoc.

*Splendet aurum, gemma fulget, sed placeet
forma.*

Ponit hoc Scaliger.

Vrit aetna prata, cor cupido lancinat.

DE TETRAMETRO.

Tetrametrum Brachycatalecticum constat
septem pedibus simplicibus, tribus dipodijis &
dimidia. Est & hoc Sotadicum dictum. Exem-
plum hoc esto.

Dira concitata fata, literas trucidant,

Tetrame-

Tetrametrum Catalecticum constat, septem pedibus, & vna syllaba: Specie aut Archilochium. Extat in Epitaphio apud Theocritum. Frequentissime hoc vtuntur Comici græci, & latini, Vnum nobis exemplum satis erit.

Nulla fortuna fides: solet fouere pessimos.

Hoc carmine vtitur Terentianus de syllabis. Volunt huic esse proprium, vt quartum pedem cum dictione finiat: quod plerique non præstiterunt. Vocant etiam Tetrametrum asystaton Eupolideum, quod quarto loco Iambum recipit. Est & Scazon in hoc genere versus, qui septimo loco Spondæum recipit, vt tribus dipodijs subijciatur Molossus, vel Antibacchius. Hipponacteum vocant. Exemplum Seruius citat.

Pelle tonsis terga ponti, vela rende pergamus.

Tetrametrum Acatalecticum constat octo simplicibus pedibus, quatuor integris syzygijs. Seruius Anacreonticum, alij Hipponacteum vocant.

Esse prauum præstat: his boni locis fame necantur.

Comica non libet adducere.

Tetrametrum Hypercatalecticum constat quatuor dipodijs, seu octo pedibus & vna syllaba. Hoc est Anacreonticum.

Vltimos dies venustatis Cupido condat iocis.

Fuit familiare Callimacho cuius exemplum adducunt Grammatici: nos græcis adducendis, nisi in initio nolimus esse pueris molesti.

Recen-

129
Recensent item Pentametrum Brachycatale-
cticum, quod nouem pedibus simplicibus, &
vna syllaba: Et pentametrum Acatalecticum,
quod decem pedibus simplicibus, dipodij
quinque integris constet. Exempla non adijci-
mus, quia illa conficta, non ab authoribus ac-
cepta sunt.

DE DACTYLICO.

Dactylicum quod Dactylum præcipuè reci-
pit, loco autem eius etiam Spondæum. De alijs
pedibus quos recipit non nunquam in Heroico
Hexametro exponemus. Hoc etiam genus
Grammatici distinxerunt: sed græci, vt aliud
esset Dactylicum commune: aliud Aeolicum:
aliud Logædicum. Ac etsi parum referebat
hæc annotasse, tamen differentias breuiter po-
nemus. Commune est, quod Dactylum reci-
pit, & eius loco Spondæum. Aeolicum quod
ab aliquo dissyllabo pede incipit, quicumque is
sit ex quatuor, reliqua absoluat Dactylis. Lo-
gædicon volunt id esse, quod in Trochaicam
tautopodiam exit. Sed nos secuti alios, & eam
quam cepimus viam tenentes: ordine per
quantitates variando hoc quoque genus perse-
quemur. Illud monere nos oportet minutissi-
ma huius generis cum alijs incidere. Vt Mono-
metrum cum Trochaico monometro Catale-
ctico: quia vnico constat Dactylo: alterum
monometrum Hypercatalecticum, quod con-
stat

stat Dactylo & vna syllaba, Choriambum effi-
ficere. Præter hæc duo igitur dimetrum: nume-
rant: trimetrum, tetrametrum: pentametrum:
hexametrum & Heptametrum. Atq; ita distin-
guitur quantitate depositione variat vt superio-
ra: nisi quod Brachycatalecticum nullum extat:
sunt aut Catalectici, Acatalectici, & Hypercata-
lectici versus. Species sunt variæ præter supra-
dictas, ab authoribus, & aliunde nuncupatæ: vt
Adonium, Hymeniacū, Archilochium, Alcma-
nium, Simonidium, Stefichorium, Heroicum,
Ibicium: Dispositionem pedum videbimus per
ordinem. Scanduntur autem per monopodiam.

DE DIMETRO.

Dimetrum Catalecticum constat Dactylo
& Spondeo, vel Trochæo, vt ei desit syllaba
ad absoluendos duos Dactylos. Vocarunt hoc
Adonium: & Semiquinariam Choriambicam
quam efficit: magnus est eius vsus apud Græ-
cos: tum vero in Sapphico quod sic vocamus,
vbi tribus versibus eiusdem generis subiicitur
hic quartus Adonius vt *Fama superstes: Nobile
letum.*

Dimetrum Acatalecticum constat integris
duobus Dactylis. Cognominarunt Hymenia-
cum, cuius apud Græcos plura sunt exempla,
vt *μαινομέναις φρέσι*: apud Latinos non sunt,
nisi ad exemplum conficta.

Dimetrum Hypercatalecticum, constat
duobus Dactylis & syllaba, Archilochium hoc
est

est nuncupatum quia vsus dicitur primus Archilo-
chus in epodis. Horatij talia sunt: *Puluis &*
umbra sumus: Subiecta Hexametris. Semiqui-
naria hæc est Dactylica qualis in fine Pentame-
tri Elegiaci.

DE TRIMETRO.

Trimetrum Catalecticum constat duobus &
Dactylis, & duabus syllabis: quæ efficiant
spondeum vel Trochæum. Alcmanium cogno-
minant. Exemplum hoc ponit Seruius.

Tundite pectora palmis.

Solet hoc primum pedem in Spondæum
mutare & dici Pherecratium: sed tum idem est
cum Antispastico dimetro Catalectico: utitur
sæpissimè Horatius, sed exempla addemus suo
loco.

Trimetrum Acatalecticum constat tribus
Dactylis, vel ultimo Cretico propter ultimam
syllabam. Vocant Simonidium à Simonide,

Indue pallia serica.

Exemplum est Seruij:

Ira Tyrannica fulmen est.

Scaligeri.

In hoc si primum item pedem mutes vel
in Spondeum: fiet Glyconium quod frequens
est apud Horatium: vel in Trochæum, fiet simi-
le illi quod est apud Catullum in Epithalamio
Mallij: verum de his infra.

Trimetrum Hypercatalecticum constat pedibus tribus & syllaba: hoc est semiseptenaria Dactylica. Alcmanio altero huic fecerunt nomen. Tragicum vocauit Terentianus, quod eius sit usus in Tragædijs.

Nequitiam meditantur opes.

DE TETRAMETRO.

Tetrametrum Catalecticum constat pedibus quatuor: Sed ultimo aut spondeo aut Trochæo. Hoc Archilochium est alterum. Usus Horatius est, subiungens Hexametro Dactylico, ut:

*Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen
Aut Ephesum, bimariseue Corinthi, &c.*

Quo in loco Spondeo utitur pro Dactylo, in tribus prioribus regionibus. Usus est paulo aliter Serenus & Boëtius, ut scilicet post tres Dactylos sequeretur quarto loco vel Iambus vel Pyrrichius:

Falce rubos, filicemq, resecat.

Tetrametrum Acatalecticum constat pedibus quatuor integris, sed postremo aut Dactylo, aut Cretico propter ultimam syllabam. Id est clauditur pede proprio. Atq; hoc est Alcmanium tertium. Adducunt exempla ex Virgilio, sicut etiam in alijs: ut hoc:

Bellatorq, animo deus incidit.

Sed nos cum Donato, & alijs, non putamus
ijs ita usum Virgilium, ut voluisse admiscere He-
roicis,

133
roicis, alia Dactylica metra intelligi debeat:
quin potius hosce versus quasi imperfectos ex-
pleturum fuisse: quod & in sexto dicitur fecisse
inter recitandum.

Tetrametrum Hypercatalecticum con-
stat quatuor pedibus & syllaba. Alcmanium
cognomento hoc habetur quartum, in hoc ge-
nere. Exempla nesciam an extent, nisi vnum
Euripideum, quod huc detorquent. Seruius
suo more hoc addidit:

Vita quæta nimis, caret ingenio.

Scaligeri est:

Ex oculis animus dabit indicium.

DE PENTAMETRO.

Pentametrum Catalecticum constat pedi-
bus quinque, sed vltimo spondeo vel Trocheo.
Vocant Stesichorium.

Parce pias scelerare manus fate diuis.

Vocant etiam Simmicum à Simmia quodam
Rhodio poeta.

Pentametrum Acatalecticum constat
quinque pedibus sed vltimo Dactylo aut Cretico.
Nomen huic Simonidio altero. Huius exempla
cum non habeat Hæphestio, sumit ex Homero
ablato vltimo pede, ab Hexametro, quod & in
alijs ausus est. Ex Euripede tamen adducuntur.
Scaligeri hoc est.

Fide Deo sapiens bone, non tibi: tu nihil.

Pentametrum Hypercatalecticum constat
quinque pedibus & syllaba. Simonidium tertium.

I 3 quod

quod putant suauissimum: propter clausulam
in fine Elegiacam.

*Cuncta procaz temere male numina iurat
amans.*

DE HEXAMETRO.

Hexametrum catalecticum constat sex pedi-
bus: sed vltimus sit Spondeus vel Trochæus.
Idem & Heroicum est, de quo seorsim dicemus,
vbi prius reliquas species profecuti fuerimus:
sed breuiter.

Hexametrum Acatalecticum constat sex pe-
dibus, sed vltimo Dactylo aut Cretico. Hoc ap-
pellarunt Ibiicum.

*Aspice quàm miseros homines male sanus amor
quatit.*

Hexametrum Hypercatalecticum,
quod constat sex pedibus, & vna syllaba. Alc-
manium quintum dictum à Grammaticis.

*Nulla decet rigidos reuerentia, nulla truces
pietas.*

DE HEPTAMETRO.

Heptametrum Catalecticum constat septem
pedibus: sed vt vltimus sit spondeus vel tro-
chæus. Hoc Stefichorium est alterum.

*Caliger. Prælia dira placent stolidis quibus effera mens
stimulos dat.*

*Ἑπτάμετρον
ἀνὰ τὴν ἑξῆς λέγουσιν ἄνευ κλεισίου
καὶ κλεισίου.*

Τριφιδόρου ἐν Αἰγυπτίῳ Ποιητῆς ἰσίδ.
 Lexic. oder Dictionar. Hist. Geogr. Poët.
 Sub Triphidoro: / Lat in Jhu Decidit
 Sab xv nobis In Dyfca yfscrubru
~~Handfrib heptometron~~ ~~Handfrib heptometron~~
 Αὐτῶν περ γὰρ πῖος, ὄνδῦ λόγους δῆν ἐν ἀφείδῃ
 ἐκείνῃ
 Τῆ δὲ πρυγίως δῆν Γειδόμενον, καὶ
 τοῖς ἐγγύς προσέχοντα
 Πρυγίως δὲ ἐκείνῃ ἀφείδῃ
 λα. ἢ ἐπὶ ἀλάνου
 ἰσίδ ἡ δὲ ἀλάνου
 rick wyllymou d abm d lyrou s, wal
 no dubry goudy allr wolle frib frib
 the biffen, allra licard Bulteiuss pie
 to in rudim. gree. gram. n. ult. dafu
 nihil in hoc mutato opus esse, n. dir
 acta tiff. lat. unny lit hypercalalex
 do hypermetra pedis. M. Jouch Mai
 fies dbrm dultiff h. l. heptometra.
 wid. m Acad. Frischlingi daffionem me
 tricam Τρυφιδίου ἢ ἡδὲ d. rior. Dolt.
 Notis edid fac. Mendel. A. B. e Willey
 Trin. Oxon. 1741.

In qd lect. zu Naumburg M. Jo. Gott
 lieb Biderman mndel d. J. u. Tom. 4. num.
 W. p. 160. an, daf der Gol. Jo. Schipfauer
 in d. r. prof. ad Chron. an dy Graft Joa
 nem dy XIV. zu Oldenburg ad W. r. bry
 Auforbaujung daffigra Digula zu d. r.
 yfscrubru frib
 Oldenburgia doctanites per te nunc
 muleta Juventus, ut quondam nihil
 magnos sub fare Rom

n. Trouff xij auf Tryphiodori und
wirdt durch Verf. 95. in dem 2ten Teil M
Jo. Gottl. Niderman zu Namub. P. II. Tom. 4.
p. 160.

In der... Les. in Jo. Gajm n. Benj. He
rif. Grot in Caubit. zu Phleby. antistof.
A. S. De ad. metr. p. 652. De ad. metr. p. 652.
auf Moris Victorino c. 1. De metr. Hieronym
y. 1. zur Lybe, ab in hypermetris 2) in
edem ab in Hex- u pentameter. 3) De
enz. Adminis

Jo. Caius Jozberg. spricht in y. Proodia
co de gener. iarm. ante iambic. zu der
antwort auf die letzte frage: qui dicuntur
hypercatalecti in Disyllab. p. quibus ultra
fectionem superant duas syllabas
In der Marbisch Grammatica p. 744. S. 27.
A. 1745. welche metra über das hexameton
h. nomf. die heptametra, octometra u
hadi. gnomant. v. S. XIII. die letzte Pedes
Versy sind und wdr. sehr oder sehr man
das in überfließ. d. für Bolony für die
huy versus catalectici acatalectici, hyperca
lectici, u. brachycatalectici.

Wabist das für ein Vers?
Nur per opera, pater alme tuosq potentes ab
hope tuere.

Propius in Poeta sat adv. Gentes tria lesion
qui... infestis vidit Eques
... funestis ab...
... fuit auf...
... fuit auf...

Et succus pecori et lac subducitur a ignis
per tratum. it. Antopius


Manna cui e celo et fons de rupe cucurrit
ob licentiam poetice. et v. b. De Jano
— prudens homo, qui cum multa futura
posset respicere hunc duplicem pinxere figur
it. ex MSS Codicibus c. i. in laud. iusti v. 8.
Vos divinae date verba, atq; vigilantia mater
v. 324. Consimilis Deitate patris, orig profecto
vid. aut. Erud. Lat. Ital. April. ad 1746. mens
Apr. p. 217. Lqv.

Pauliny Nolany scribit in natali c. xi. v. 29. q
si Dea corpus

Non h^{ic} est sexus sine corpore aut sine sexu
pars h^{ic}, unde ergo illi, quem quorundam spiritus
ab origine fas auferat origine Lannafar. v. 6.
Sicq; profertur anq; dicit versy proleus
Socraticus. alt

Abietibus inuenes patrijs e montibus aequos
Genua labant / arietat in portas / parietibus
textum / tenuia, nec lana est. p. 139. h. l.

Recor.



P
C

se
n

P
S
L
ti
x
ri
q
c

L

se
se
ig
et



135
Heptametrum Acatalecticum, constat septem pedibus, sed vltimus vt sit Dactylus aut Creticus: Ibicium nominarunt alterum.

Parca ferox Iouis imperijs homini mala plurima condidit.

Heptametrum Hypercatalecticum constat septem pedibus, & vna syllaba, Ibicium cognomento est hoc tertium.

Nullus honor trepidis gelidisq; : patet polus acribus ingenijs.

Hæc post Hexametrum Heroicum ab alijs, plerisque omiffa, subnectere libuit, cum exemplis Scaligeri: qui perpetuos in omnibus expressit Dactylos. Qua ratione & nos pedis appellatione Dactylum intelleximus: etsi sicut in Hexametro Heroico, ita etiam in alijs huius generis speciebus, alij pro Dactylo, spondeo frequenter, vsi sunt. Nunc reuertamur ad Heroicum atq; de eo seorsim exponamus.

DE DACTYLICO HEXAMETRO HEROICO.

De hoc diximus seorsim nos tractaturos: sed quæ varia sunt prodita, non est animus persequi omnia, præcipua dicemus. Nobilissimus igitur hic versus est Dactylicorum: quantitate est Hexameter vt supra dictum: forma simplex:

plex: de positione Catalecticus: quia spondeo
 clauditur aut Trocheo, id est, dissyllabo, non
 Dactylo proprio & trissyllabo pede: genere
 Dactylicus: specie Heroicus, quia eo Heroum
 præclara facta decantantur. Postea ab Orpheo,
 Lino, Musæo, Homero ad hymnos est transla-
 tus. A Musæo etiam ad amores tragicos. Ab
 alijs ad narrationes, & præcepta ut ab Hesiodo,
 Nicandro, Arato, Oppiano. Dicitur etiam est
 Pythius ab Apolline inuentore: quippe Phæ-
 nomoen primam ferunt Delphis oracula
 prodidisse. Vocantur & Epos per excellentiam.
 Dispositio pedum est, ut sextum locum
 spondeus, vel Trocheus: quintum Dactylus
 sibi vendicet: quatuor priores promiscue pos-
 sideat Dactylus vel Spondeus. Atque ex ista va-
 rietate duorum pedum, varia sunt nomina na-
 ta. Sunt enim versus ταυτόποδες, μονοχημα-
 τισμοί Dactylici, & iidem σπονδαϊκοί, sunt
 ισόλογοι, sunt reciproci, idque varie, Proterij apud
 Scaligerum, correlatiui, concordantes, interca-
 lares, quos explicare visum non est. Præterea
 ex variatione pedum per sex regiones, & dein-
 de per quatuor priores, natae sunt figurae trigin-
 ta duæ Heroici versus: ex quibus etiam nonnullæ
 certis vocatae nominibus: ut per eas versus
 essent κατενόπλιοι, περιόδοι, εσκολικοί, Sapa-
 phici, Spondaici. Sed de dispositione paulo
 post. Casuras recipit quas supra diximus: scan-
 ditur per monopodiam: ut singuli pedes singu-
 las constituent dimensiones.

DE

137

DE DISPOSITIONE P E D V M.

Etsi de hac iam dudum diximus: tamen hoc est tenendum, sæpe in Heroico præter Spondeum & Dactylum: qui sunt huic metro proprii: ita ut quatuor priores regiones promiscue occupent: & deinde præter illas, uterque sibi certum domicilium legat, Dactylus in quinta sede, Spondeus in sexta (etsi is nonnunquam breuem ultimam habet, atque ita in Trocheum deficit) etiam alios reperiri pedes: varietatis ergo: ut Iambum, Trybrachum, Proceleusmaticum, Anapæstum. De his ordine exempla ponemus.

DE I A M B O.

Iambum admittit secundo loco ut:

Terrasque, tractusque, maris, celumque, profundum.

Drimogque, Xanthogque, Ligeaque, Phyllodoceque,

Liminaque, laurusque, dei, totusque, moueri, &c.

Vbi post encliticam aut duas consonantes: aut duplicem: aut liquidam posuit. Quibus in versibus post primum pedem cæsuram tritemerim facit Erythraeus, ut supra dictum de cæsuris: sed pernegat Seruius, & multi alij: quibus id ex imitatione græca omne fieri putatur. Sed hic pes etiam in alijs regionibus reperitur ut in tertia.

Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

In quarta.

I s

Done

3
*Dona de hinc auro grauiã sēctōq̃, Elephanto,
In quinta.*

*Muneribus, tibi pampineo grauidus autumnō,
In quibus breuis syllaba rectē in cæsuram
dicitur cadere: si in postremo exemplo semino-
uenariam admittamus.*

DE TRIBRACHO.

Tibrachi est eadem ratio, quæ Iambi: re-
soluta vltima Iambi longa in duas breues, Huic
locus in secunda sede.

*Pleidas Hyadas claramq̃, Lycaonis arcton.
Inualidus, etiamq̃, tremens, etiam inscius cui.
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.*

Qua in sede et que enclitica usurpata est, vt in
Iambo.

*Lappaq̃, tribulig̃, interq̃, nitentia culta.
Aestusq̃, pluuiaq̃, & agentes frigora ventos
Chloreaq̃, Sibarimq̃, Daretaq̃, Therfilo-
chumq̃.*

In quibus omnibus que Enclitica, ponitur aut
sequentibus duabus consonantibus: aut vna
duplice: aut L, aut S litera græcorum more.
Vocarunt hos versus Lagaros, Latine exiles, hi-
ulcos & elumbes, quibus in medio deesset tem-
pus. Sed & Tibrachus alijs in locis reperitur.
Vt sede tertia.

*Nostrorum obruimur, oriturq̃, miserrima cades.
Olli serua datur, operum haud ignara Mineræ.
Si pereo manibus hominum perijisse iuuabit.
Nusquam amittebat, oculosq̃, sub astra tenebat.*

Ille

139
*Ille latus niueum molli fultus hyacintho.
Grauis homo infectos linquens profugus hy-
meneos.*

In quibus H vim litteræ obtinere dicunt quod nihil est. R, S, & T, in his produxit. Tertia autem & quarta & quinta regio cæsuris excusantur.

DE PROCELEUS- MATICO.

Proceleusmaticum idem versus recipit ex Dactylo resolutum, in quem etiam contrahitur ferè. Hoc Virgilius vsus est frequenter, in initio versus prima regione.

*Abiētibus iuuenes patrijs & montibus equos
Gēnuā lābant: vastos quatit eger anhelitus
artus.*

*Arētār in portas & duros obice postes
Pāriētibus textum cæcis iter ancipitemq;
Tēnuā nec lana per cælum vellerā ferri.*

Hos versus, quod incipiant à breui syllaba, vocarunt ἀκεφάλως, nos mutilos, vel truncos. Illud autem obseruandum: Virgilium eiusmodi vti vocibus, in quibus duæ syllabæ coire, vel per Synalæphen, vel per synæresin possent: atq; ita ex proceleusmatico fieri Dactylum secundum Diomedem & Probum: ut si quis legat *Abiētibus*, prioribus tribus in duas contractis, sic, *Gēnuā lābant*, & deinceps in alijs: sc. ut I, & V, fiant consonantes. Eodem pede & secunda regione vsus est.

*Herent pāriētibus scala postesq; sub ipsos.
Stæpissi-*

Sæpissime autem in quinta, & eisdem penè
in vocabulis.

Velleraq; vt folijs depectant tènũã Seres.

Aedificant, sectaq; intexunt àbiētē costas,

Hæ sacris sedes epulis hic àriētē caso.

Et item alia voce.

Tityre pascentes à flumine rējçē cāpellas.

Vbi *rējçe* scribendum est per vnum I vt duæ
similiter syllabæ coire possent.

DE ANAPÆSTO.

Anapæsto Virgilius semel & prima tantum
regione legitur vsus in hoc versu.

Flūũtorum rex Eridanus camposq; per omnes.

Qui pertinet ad Acephalos.

Horatius etiam secunda regione :

Vt Nasidïeni iuuit te cana beati,

Atq; hos fere pedes præter solitos Dactylum
scilicet & Spondeum recipit versus Heroicus.
Sunt qui primæ regioni attribuant etiam Try-
brachum, vt.

Rējçiunt parmas & equos ad mœnia vertunt.

Et in illo Lucretiano.

Rēficit aeterno deuictus vulnere amoris.

Sed eos pedes non agnoscunt eruditi, cum
rējcio habeat primam longam plene scriptum,
id quod plurima ostendunt exempla : *reficit*
extendatur geminata, f, Idem sentiendum est
de Trybracho in quinto loco.

Ecce maris ingens claudit nos óbicē pontus.

Nam &

Nam & alijs in locis, eadem voce vsus est, vt.
Ingens se vasti Proteus tegit obice saxi.

In quinta.

Obicibus ruptis rursusq; in se ipsa residant.

In prima. De quibus contendit Gellius scribendam vocem per duplex, I, vt fiat longa positione prima, Trocheum autem & Creticum de quibus Terentianus nonnulli plane repudiant. Nam Creticus commenticius est, in Trochæo alijs aliter legunt: vt, in illo.

Ferte citi flammæ, date tela, scandite muros.

In quo versu vox, TELA; efficit Trocheum: cuius tamen vltimam græca quadam ratione produci volunt propter duas sequentes consonantes. SC. quod ipsum alijs abiiciunt, & aliter legunt, interposita copula: *date tela, & scandite muros.*

De qua tamen vniuersa re, quare scilicet, & in quibus, syllaba breuis pro longa ponatur, siue Iambum; siue Tribrachum, siue Anapæstum, siue Trochæum efficiat in versu Heroico præclare exposuit Maranta quarto Lucullianarum quæstionum, Vbi etiam hunc ipsum versum, quem modo adduximus, simpliciter legit sine copula: addens numeros interposita copula vitiari: quos ipsa res eo in loco poscebat: Sed sit exempla annotasse satis.

De triginta duabus figuris
Heroici,

Pedum

Pedum collocationes hasce efficiunt : vt pri-
 mam figuram efficiunt soli Spondæi : cuius ex-
 emplum non est apud Virgilium, nisi quod
 corruptit Diomedes. Ex alijs adduci possunt.
 Alteram efficiunt omnes Dactyli præter vlti-
 mum Spondeum. Deinde vnus Spondeus
 quinque locis variatus, inter quatuor Dactylos :
 efficit quinque : Dactylus inter quinque Sponde-
 os, quinque prioribus locis, totidem. Denique
 duo Spondei inter quatuor Dactylos, decem :
 duo Dactyli inter quatuor Spondeos, item to-
 tidem : quæ omnes sunt figuræ triginta duæ :
 quas primus Diomedes apud Latinos annota-
 uit : Erythræus exemplis illustrauit & præfixit
 Virgilio. Sed & Hermogenes easdem in Ho-
 mero annotauit. Nos exempla non addimus,
 ne simus prolixiores. Nomina tamen nonnul-
 lis indita figuris indicabimus : tum hæc artin-
 gere volumus, ne nostri essent harum rerum
 plane ignari. Sunt igitur *μονοχηματικοὶ σπον-
 δαϊκοὶ* qui ex solo Spondeo constant. Talis
 apud Virgilium non est : apud Lucretium in
 sexto est.

An cælum nobis naturam intro corruptam.

Et Ennianus vulgo citatus.

Olli respondit rex Albai longai.

Et *μονοχηματικοὶ δακτυλικοὶ* qui ex so-
 lis Dactylis, præter vltimum : quales sunt mul-
 ti.

*Quadrupedante putrem sonitu quatit vngu-
 la campum,*

Saphicos

Sapphicos vocarunt qui inter duos spondeos, primum & vltimum: continuos quatuor habeant Dactylos: vt.

Fata obstant placidasq; viri deus obstruit aures. Virg.

Antimachios vel Catenoplios, qui post duos Dactylos habeant Spondeum, quod bis fit in vno versu.

Ante fugam soboles si quis mihi paruulus aula.

Priapeios quibus primo, quarto, & vltimo loco spondæus: reliquis Dactyli: sed ita vt qui tertio loco est Dactylus, cum parte orationis definat.

Immotamq; colū dedit, & contemnere ventos.

Addunt his Bucolicos, quos sic vocant, frequentissime obseruatos apud Theocritum, apud Virgilium non item. Horum tres sunt species. Prima est cum sede quarta Dactylus ponitur, qui constet integra parte orationis.

Nos patriæ fines & dulciâ linquimus arua. Eglo. i:

Secunda cum idem fit in quinta:

Non equidem inuideo miror magis vndiq; totis. Eglo. i:

Carmina sunt dicenda, neget quis cārminā Gallo.

Tertiam vocant, quæ duo spiramenta habeat Heroici versus:

Nīl nōstrī mīserēre mori me deniq; cogis.

Sunt præterea, qui communes vel periodicè nuncupantur, qui alternis Dactylis & Spondeis constant.

Italiām fatō prōfūgūs Lāuināq; vēnit.

Musa mihi causas memora quo numine lesa.

Et qui

Et qui sequitur, sunt enim frequentes:

D F S P O N D A I C I S.

Ad has appellationes pertinent etiam Spon-
daici qui dicuntur. Non illi de quibus supra,
qui ex meris Spondeis componuntur: quod
genus putant fuisse antiquissimum: qualis est
ille *ἰν παῖα*, *ἰν παῖα*, *ἰν παῖα*, occiso Pythone
in Apollinem decantatus. Sed quos nunc et-
iam vocamus Spondaicos: qui quinta sede lo-
co Dactyli, suppositum habent Spondeum.
Nam cum posteriores eruditi illos ex meris
spondeis & rudes, & anormes, & elumbes esse
censerent: relictis illis ad aras, tarditatem spon-
deorum, celeritate Dactylorum temperare
maluerunt: & ut nomen tamen retinerent, in
quintum locum: quem iam Dactylo consecra-
rant proprium, Spondeum subire voluerunt:
Atque hi etiamnum frequentiores sunt græcis,
quàm latinis. Virgilius hanc ferè legem serua-
uit: ut quarta sede collocaret Dactylum: quasi
permutatione facta cum quinta, quam tenere
non posset propter Spondeum:

Pro molli viola pro purpureo Nârçisso.

Deinde hosce conclusit, aut dictionibus
quadrifyllabis.

Armatumq; auro circumspicit Oriona:

Aut trifyllabis.

Stant & Iuniperi, & castaneæ hirsutæ.

Aut monofyllabis.

Cum

145
Cum patribus, populis, penatibus et magnis
dijs.

Atque in his quidem, & similibus lex observa-
ta est, ut ante Spondeum in quarta constitueret-
tur Dactylus. Sed eadem in paucis non est ser-
uata, ut:

Saxa per, & scopulos & depressas conualles.

Aut laeues ocreas lenio ducunt argento.

Nereidum matri & Neptuno Aegeo.

Addunt & hunc.

*Nec Clytio genitore minor nec fratre Menes-
theo.*

Sed alij legunt. *Menestheo.*

DE HYPERMETRIS ET HYPERCATA, LECTICIS.

Quod primo versus qui postea Heroicus est
dictus, ex meris constitisset Spondeis: postea
ab ijs qui mutarunt eam rationem, quasi in mo-
numentum rei sextus locus destinatus est Spon-
deo: quem ipse teneret perpetuo. Ac quan-
quam ipse in quinta Dactylum quasi extrude-
ret: tamen hoc non liceret vicissim Dactylo:
ut in sextam sedem subiret: non minus quam in
Senario Iambico: semper sextum locum tenet
Iambus, vel alijs omnibus sedibus eiectus.
Quare qui etiam in sede sexta, comminiscuntur
alios pedes: haud recte faciunt: quod crudi-
tissimis placuerit, ex adiectione unius syllabae
K hocce

hōſce dicere vel Hypermetros, vel Hypercatalecticos: & eos ſua quoq; lege astringere, potius quā ut Spondeum non eſſe in fine dictarent. Sunt igitur hi verſus quibus ad legitimum numerum pedum: & vltimum quidem Spondeum: abundat aut ſuperest vna ſyllaba. Hinc nomen factum eſt, aut Hypermetris aut Hypercatalecticis. Quando vero in his lex eſt: ut illa vltima ſyllaba, quæ ſuperest, inter ſcandendum: aut referatur ad initium ſequentis verſus, qui ideo debet à vocali, aut diphthongo incipere: aut ſaltem, quod non poſſit hac ratione, cum ſequenti coire: contrahatur cum præcedente: etiam diſcrimen factum eſt: & dicti ſunt Hypercatalectici, quibus ſyllaba in fine ſuperflua referretur in ſcanſione ad initium ſequentis verſus: Hypermetri vero quibus in fine duæ ſyllabæ contraherentur in vnam, ut ne quid ſuperellet, quod ſuperelle videretur. Exemplis hæc erunt manifeſta. Prioris generis ſunt.

*Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus hōrriidā.
Et ſteriles Platani.*

Vbi DA vltima ſyllaba quæ ſuperest, per Synalæphen, cum initio ſequentis verſus, qui à vocali incipit, colliditur in ſcanſione.

*Omnia Mercurio ſimilis vocemq; coloremq;
Et flauos crines. Scando. quet flauos crines, &c.
Aut dulcis muſti vulcano decoquit humorem
Aut folijs vndam tepidi deſpumat abeni.*

Vbi vltima ſyllaba per Ecthlipſim M, cum præcedente vocali, collidit cum diphthongo ſequentis

147
sequentiis versus: scando enim, *Raut folijs vn-*
dam, &c.

Quare etiam hanc syllabicam adiectionem
dicunt eruditi scriptura, & lectione hyperme-
tram: scansione vero nullam esse,

Et magnos membrorum artus, magna ossa la-
Exiit. (certosq₂)

Iamq₂ iter emensi turres, & recta Latinorum
Ardua cernebant, &c.

Alterius generis sunt.

Atria, dependent lychni laquearibus aureis:
scando *auris* dissyllabum: quia sequens versus
non incipit á vocali, aut diphthongo: neq₃ hic
quidem definit in vocalem, aut diphthongum
vt Synalæphe vel Ecthlipsis censerí possit: qua-
re hanc figuram vocarunt Synecphonesin,
aut Synizesin. Volueruntq₃ hanc in fine versus
habere locum quemadmodum etiam in medio,
in iisdem casibus & pene etiam dictionibus.
Exempla sunt in fine hæc:

Caucaseasq₂ refert volucres, furtumq₂ Promea

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oiléi. (thêi

Cum pedes incedit mediij per maxima Neréi.

Dat Salio villis onerosum, atq₂ vnguibus auréis.

Hic finis fandi, solio tum Iuppiter auréo.

Assueta ripis volucres, & fluminis aluéo.

Nec Clitio genitore minor, nec fratre Mnesthéo

In medio versu ista.

Inferias Orphéi, mittit, lucumq₂ reuisit.

Aut vt mutatos Teréi narrauerit artus.

Atrides Protéi Menelaus ad vsq₂ columnas.

*Iam validam Ilionēi nauem, iam fortis Achatē:
Idomenēi, Libycoue habitantes litore. Locros.
Concum arēi claudunt vēctes, aternaq₃ ferri.
Ferrēiq₃ Eumenidum thalami, & discordia de
mens.*

*Sergesto Mnesthēoq₃ Gyan superare morantem.
Rege sub Eurysthēo fatis Iunonis iniquae.
Seu lento fuerint aluēaria viminetexta.
Vno eodemq₃ igni sic nostro Daphnis amore.*

Atq₃ hęc etiam græco more fieri videntur,
quibus id familiare est: vt breuis syllaba ante
longam absorbeat. Sed progressus est poëta
etiam ad duas breues: quas ita in fine contrahe
ret, vt.

*Bis patrie cecidere manus quin potius omnia:
Scandendum est Omnia: Verum in his satis
diu versari sumus: qui vult omnes Hyperme
tros, & Hypercatalecticos Virgilianos, adeat
Erythræum: qui se collegisse profiteatur.*

DE ANAPÆSTICO.

Anapæsticum quod Anapæstum præcipue
recipit locis omnibus, aut Spondeum loco eius,
raro proceleusmaticum: Est purum quale de
quo diximus: Et Comicum, quod etiam Dacty
lum loco Anapæsti, & Iambum habet. Quod si
ab initio recipiat Iambum, Aeolicum vocatur:
quo fit vt in hoc quoq₃ genere diuisio fiat ea
dem, quæ in Dactylico: per quam aliud com
mune, aliud Aeolicum, aliud Logædicum di
ctur.

atur. Sed ne hic quoq; simus prolixiores, va-
 riat & hoc quantitate, & est monometrum, di-
 metrum, trimetrum, tetrametrum: neq; proce-
 dit longius: forma est simplex: genere Anapæ-
 sticum: de positione Brachycatalecticum, Cata-
 lecticum: Acatalecticum: Hypercatalecti-
 cum: Specie Stesichorium, Itimium, Chori-
 cum, Aristophanium, Pindaricum, Alcman-
 um, Archilochium, Partheniacum, Simonide-
 um: De dispositione pedum per species videbi-
 mus. Cæsuram admittit nullam. De scansione
 disceptatur: etsi enim pleriq; per dipodiam
 scandi iubeant Grammatici, quod & supra di-
 ximus: tamen Scaliger magno id fieri errore
 contendit. Nec sane videtur satis firma ratio
 esse: cum Dactylicum scandatur per monopod-
 dian: Anapæsticum non eodem modo scandi:
 cum eorundem temporum Anapæstus sit, cum
 Dactylo. Sed retineamus sanè vsitatum mo-
 rem: minutiores tamen versiculos ex Scaligero
 addamus.

DE MONOMETRO.

Secundum igitur Grammaticos, Monome-
 ter erat Brachycatalecticus, qui constat Ana-
 pesto & vna syllaba, hoc est, cui duæ deessent
 syllabæ ad duos pedes simplices explendos.
 Hunc ille facit Monometrum Hypercatalecti-
 cum per monopodiam: atq; sic deinceps in alijs:
 Monometer Catalecticus qui constat Ana-
 pesto

K 3



pæsto vno id est, pede simplice & duabus syllabis. Vocant Simonidium: *Sapiens bonus.*

Monometer Acatalecticus constat duobus pedibus simplicibus, à quo initium faciunt grammatici. Itimium nuncupant: Creber est apud Senecam.

Leuiore manu.

Scaligeri est: *Ades alma salus.*

Apud Aristophanem leguntur ex duobus proceleusmaticis.

λαβέμε λαβέμε ποσι.

Sed hæc cola proceleusmatica, vel etiam Pyrrichica malunt dici. Monometer Hypercatalecticus, constat duobus simplicibus pedibus & vna syllaba. Vocant Choricum. Seruius citat:

Animus male fortis.

Scaligeri est: *Pietas male habetur.* Volunt etiam reperiri Hypercatalecticum cui duæ syllabæ supersint, atq; ita distinguunt: vt eum qui vna superat syllaba vocent Hypercatalecticum εἰς συλλαβῶν; hunc vero cui duæ supersunt εἰς δισυλλαβῶν. Est Aristophanium cognomento hoc genus.

Quate stulticiam ioco.

DE DIMETRO.

Dimeter Brachycatalecticus, constat tribus pedibus simplicibus, vt tres desint etiam syllabæ: quare hic Scaligero est trimeter Acatalecticus. Aristophanium dicunt alterum:

Domat omnia fors rigida.

Etiam

157
Etiam Glyconium dixit Euripidis commen-
tator: qui à Spondeo si incipiat, Prosodiaco
(quem sic vocant) non est ab similis. Potest
enim primo loco esse Ionicus à maiore: secun-
do Choriambus vt:

Musas fouet alma quies.

Dimeter Catalecticus, constat tribus simpli-
cibus pedibus & vna syllaba. Pindaricum co-
gnominarunt. Huius exemplum est apud Pru-
dentium in eo hymno, quem in exequias de-
functorum scripsit: cuius est initium:

Deus ignee fons animarum,

Duo qui socias elementa. &c. Atq; hic dime-
ter est Catalecticus, εἰς συλλαβῶν Est & alter
dimeter εἰς δισυλλαβῶν qui tribus pedibus
simplicibus, & duabus syllabis constat. Alema-
nium hunc nuncupauit Scaliger.

Stolidos quatit ambitio leuis.

Dimeter Acatalecticus constat quatuor pe-
dibus simplicibus, qui constituunt grammati-
cis integras dipodias duas. Archilochium fece-
re, alij etiam Laconicum. Hunc frequenter
vsurpant cum Tragici sed admixto spondeo,
tum Comici: Senecæ hoc est exemplum.

Quicquid patimur mortale genus.

Quicquid facimus venit ex alto

Ex meris anapæstis hoc erat:

Venerem & pelagus fuge, bella fuge.

Dimeter Hypercatalecticus εἰς συλλαβῶν
constat quatuor simplicibus pedibus & vna
syllaba. Partheniacum appellitant: etiam Sim-

K 4

mieum

micum à Simmia Rhodio poëta. Seruio etiam
est Alcmanicum, qui citat hoc exemplum.

Tremulum mare molliflua nitet aura.

Et dimeter hypercatalecticus εἰς δισούλ-
λαβον: constat quatuor simplicibus pedibus &
duabus syllabis. Pindaricum alterum cogno-
minauere:

Hedera redimite virente veni pater.

DE TRIMETRO.

Trimeter Anapaesticus Brachycatalecticus
versus, constat quinque pedibus simplicibus.
Alcmanium alterum dixerunt: Seruius, si cre-
dimus, Pindaricum:

Scaliger.

Nequit inter atrocias crimina stare fides.

Trimeter Catalecticus constat quinque sim-
plicibus pedibus, & vna syllaba: vt fiat Catale-
cticus εἰς συλλαβῶν, quemadmodum & de
alijs, vt dimetro Catalectico dictum est. Stesi-
chorium alterum hunc nominant. Seruio est
Alcmanius, alijs etiam Simmiceus: ita confun-
duntur cognomina.

*Cytherea parens venit: adde modos: rosa
spiret.*

Alter trimeter Catalecticus εἰς δισούλλα-
βον vna syllaba longior, constat quinque simpli-
cibus pedibus, & duabus syllabis: Simonideum
vocarunt.

*Lyra suauiloquentibus ede sonos teneros mo-
dis.*

Non

Non meminit Seruius huius Trimetri.

Trimeter Acatalecticus constat sex simplicibus pedibus, qui efficiunt grammaticis tres Syzygias integras: Alcmanium hunc tertium posuit Scaliger. Stesichorium etiam nuncupavit Seruius:

Maris inducie, teneriq₃ malacia veris adest. Seruius

Trimeter Hypercatalecticus εἰς συλλαβῶν constat sex pedibus simplicibus, & vna syllaba. Aristophanicum alterum vocat Scaliger, quo ille plurimum sit vsus ob commoditatem: neq₃ ultra eum in hoc metro progreditur:

Veneranda hilarisq₃ nec orba veni, viridisq₃ senectus.

Simonideum vocavit Seruius.

Adiiciunt Grammatici hypercatalecticum Trimeterum εἰς δισυλλαβῶν, qui constat sex pedibus simplicibus, & duabus dissyllabis. Sed exemplum quod producant, non habent: Poterat tamen tale esse.

Date lilia, ferte rosas, violas calathis date Naides.

DE TETRAMETRO.

Tetrameter Anapesticus Brachycatalecticus constat pedibus simplicibus septem, Grammaticorum decreto: vocaturq₃ apud Seruium Alcmanius: etsi etiam legitur Alcinaicus vt annotavit Micyllus: apud Seruium hoc exemplum legitur.

K 5

Sua mu-

*Sua munera fert Venus alma, rosas iuueni ni-
rido Cynara.*

Tetrameter Catalecticus, εἰς συλλαβῶν con-
stat septem pedibus simplicibus & vna syllaba.
Hunc Aristophanium etiam dixerunt, sed sine
numero: poterat igitur esse Aristophanium
tertium, exemplum sit.

*Date vina mihi, date ferta, iuuat dare tem-
porata tota Lyæo.*

Atq; vltra hunc nemo progreditur, neq; la-
tinorum neq; Græcorum. Illud tamen mireris,
& in cognominibus esse inter eruditos dissen-
sionem: & qui versus in creberrimo vsi sint.

Trimetrum Hypercatalecticum cui vna su-
perfit syllaba, dixit frequentissime vsurpatum
ab Aristophane, Scaliger: alij tetrametrum ca-
talecticum, quem modo posuimus secundum
dimetros Catalecticos & Acatalecticos: cum
apud omnes in frequentiore vsu: tum imprimis
apud Aristophanem. Imo vero addunt
omnes trimetros rarissime reperiri. Sed hanc li-
stem discernet diligens authorum lectio, & cu-
iusq; speciei annotatio.

DE PENTAMETRO ELEGIAICO.

Hunc debebamus subijecisse Hexametro He-
roico, quemadmodum & idem, in Elegia sub-
textitur: sed quia dupliciter scanditur, altera
vulgari ratione per Dactylos & spondeos: al-
tera per anapæstos quæ etiam eruditis placet: in
hunc locum reseruauimus. Est igitur quantita-
te Pea-

te Pentameter : forma simplex: depositione
 Acatalecticus: Genere, vel Dactylicus vel A-
 napaesticus: Specie, Elegiacus: Cuius dispo-
 sitione pedum & scansio hæc est. Prima & vsitata,
 qua secatur in duo membra: vt fiant duæ Cæ-
 suræ semiquinariæ Dactylicæ: in hunc mo-
 dum. Primo & secundo loco recipit promiscuè
 spondeum vel Dactylum: quos sequitur cæsu-
 ra. Tertio & quarto loco tantum Dactylum:
 quos deinde geminos sequitur altera cæsura,
 vel syllaba, quam semipedem vocamus: quæ
 cum priore constituit quintum pedem, Sponde-
 um vel Trocheum. Altera scansio hæc est, pri-
 ma & secunda sede, recipit promiscuè spon-
 deum vel Dactylum: tertia sede Spondeum
 tantum, quarta anapaestum, quinta anapaestum
 vel Tribraichum propter vltimã indifferentem.

Quo pede cepisti sic bene semper eas.

Vnde nomen est Elegiaco?

De nominis origine varie disputant: hoc ta-
 men verum est, hoc genere carminis primum
 querelas & lamenta cantari solita. Postea ad
 alias materias translatum esse: id quod Horatii
 testimonio satis notum est, in arte.

Versibus impariter iunctis querimonia primum,

Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Horati.

Quare repudiatur grammaticorũ Etymolo-
 gia παρὰ τὸ εὖ λέγειν τὸς τεθνηκότας quasi bene
 diceret mortuos: ac recipitur vel illa ἔλεος λέ-
 γειν à miseratione, ad quã allusit Hor: cū elegos
 vocauit miserabilem: vel illa ἔλεος λέγειν. Est etiam
 ἔλεος

Ἐλεῖθ' auis nocturna, quam nos vocamus vlu-
lam. De authore quoq; dicit se nescire.

Horat.

*Quis tamen exiguos Elegos emisit author,
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis
est.*

Alij nominant Theoclen vel Naxium, vel
Erethryensem, patria: qui primus furens effu-
derit. Terentianus Callinonum, in his:

*Pentametrum dubitant quis primum emisit
author.*

Quidam non dubitant dicere Callinonum.

Leges Elegiaci.

Prima est cautio de vltima dictione. Eruditi
volunt elegantissimè finiri elegiacum dictione
disyllaba, cuius rei authorem habent præcipu-
um Ouidium.

Ouidius

A cane non magno saepe tenetur aper.

Vbi tamen si non sit disyllaba, ponitur non
minus venustè quadrisyllaba:

Mors iuuenem campos misit ad Elysios.

Triptolemo fruges, poma dat Alcinoos.

Pentasyllabam etiam in fine non aspernan-
tur poëtae: sed neq; tam eleganter, neq; vero
tam vsitatè. Ouidij sunt hi.

Lis est cum forma magna pudicitia.

Illis ampla satis forma pudicitia.

Arguor obsceni doctor adulterij.

Nec sedeo duris torua supercilij.

Inuenias

Inuenias tamen vltimum pentametri mem-
brum totum, vna dictione absolutum: atq; id
aut in proprijs, aut patronymicis. Catullus ad
Mallium.

Ausus falsiparens Amphitryoniades

Trisyllabam vsitate receperunt, Catullus,
Tibullus, Propertius, Gallus. Ouidius absti-
nuit, vt prater paucos versiculos, de tristibus
& Ponto vix reperias.

Tertio de Ponto Eleg. 6.

Vix excusari posse mihi videor.

Aut quod sepe soles exigis vt recitent,

Libro 1. Eleg. 9.

Spectarem qualis purpura te tegeret.

Lib. 4. Eleg 9.

Quolibet vt saltem rure frui liceat.

Ouidius
Eleg. 9.

Et si qui sunt similes. Grammatici tamen
præferunt dissyllabas, & terrasyllabas dictio-
nes, trisyllabam in Epigrammate putant &
rectè & venustè poni. Catullus.

Irata est, hoc est: vritur & loquitur.

Catul.

Illud etiam, vt Pentameter cum Hexametro
absoluat sententiam: quod item grammatici
statuunt: à nullo Elegiacorum seruatum esse
asserit Scaliger. Quod vt verum est, ita tamen
vsitatus omnibus, finiri sententiam potius
quàm suspendi: Vt & nos, quod raro fecêre,
nobis quoq;: (si imitari planè volumus) rari-
us faciendum esse: prorsus constitutum habea-
mus. Exempla addere non est necesse: quod
ea sint omnibus obuia.

D E

De Cæsuris Pentametri.

Vt post primos duos pedes vtraq; in scansio-
ne sequatur cæsura id est, syllaba, quæ sit finis
dictionis: & aut initium tertij pedis quem se-
quantur Anapæsti: aut semipes quem sic voca-
mus: plane volunt eruditi. Sed vt eadem sit
longa, ne efficiat Iambum tertio loco, si ana-
pæstis quis metiatur: legem non accipiunt,
exemplo optimorum poetarum: qui eam bre-
uem posuerunt.

Catullus:

Perspecta exigitur vnica amicitia.

Propert:

Vinceris aut vincit hæc in amore rota est.

Tibullus.

Lacteus & mistus obriguisset liquor,

Ouidius.

Nec quæ præterit hora redire potest.

Verum inuenias etiam Pentametros in quibus
Cæsura sit plane nulla. Apud Catullum id
frequentius: vt ad Mallium:

*Troia virum ac virtutum omnium acerba ci-
nis.*

Ad Lesbiam.

Nec desistere amare omnia si facias.

Ad Ruffum.

Sic misero eripuisti omnia nostra bona.

Ad Iuencium.

Non cessasti omnique excruciare mora

In Gellium.

Culpa est in quacunq; est aliquid sceleris.

In eun-

In eundem:

Non genitor nympharum abluat Oceanus.

Sed tu cum caupone omnia monstra facis.

Apud Propert. Bis quod sciam lib. 1. Eleg. 5.

Quare non impune illa rogata venit.

Lib. 3. Eleg. 21.

Herculis Anteiq, Hesperidumq, choros.

In quibus omnibus lex cæsurae vt syllaba sit finis dictionis, & initium pedis, negligitur. Sed hoc imitandum non putamus. Atq; hæc etiam de Elegiaco satis fit, etiamsi breuiter, monuisse.

DE ANTISPASTICO.

Quod ex Antispasto præcipue constat, nomen habet. Hoc quoq; aut purum est, aut mixtum.

Purum in medijs regionibus Antispastum: in fine Dijambum habet: in initio quod Antispastus ex Iambo & Trochæo consistet, primam fere producit, vt fiat Epitritus quartus: aut etiam secundus, id est, vt pro ea parte quæ est Iambi: aut Spondeus: aut alius pes dissyllabus succedat. Mixtum autem non tantum primam variat Syzygiam: sed & alias Dijambos & Epitritos pro Antispasto recipit. Quantitate etiam hoc variat, vt sit monometrum: Dime-
trum: trimetrum: tetrametrum: pentame-
trum. Forma est simplex. Depositione Bra-
chycatalecticum, catalecticum, Acatalecticum,
Hypera

ioe
nis
se-
a-
fit
na
nt.
re-

id
ia



Hypercatalecticum. Genere est Antispasticum. Specie Dochmaicum: Pherecratium: Glyconium: Pæanicum: Phalæcium: Alcæicum: Sapphicum. De dispositione pedum per singulas species monebimus: vix enim est genus carminis quod magis variet. Scansio etiam eiusmodi, ut ea modo fiat Antispasticum: modo Choriambicum.

DE MONOMETRO.

In Monometro vnum saltem agnoscunt Hypercatalecticum: constat Antispasto, & syllaba: Dochmaicum vocat à pede Dochmio, qui & iisdem, & totidem constat syllabis. Apud Pindarum extant & adducuntur à græcis: apud Latinos in usu non sunt: quare nec mentionem fecerunt, nec annotarunt grammatici. Scaliger & græcè & latine duos coniungit eiusmodi.

DE DIMETRO.

Dimetrum Catalecticum constat Antispasto, & Bacchio vel Scolio. Vocant semiseptenariam & Pherecratium. Quanquam pro Antispasto semper Epitritus quartus ponitur.

Gratiō Pyrrhā sub āntro.

Pontus versat arenas,

Cælo sydera fulgent.

Horati.
Boetius.

Sed hoc inter Dactylica referunt: in quibus primo loca ponatur Spondeus: possumus etiam

etiam Choriambo metiri. Nonnunquam prima syllaba longa resoluitur in duas breues, vt apud Boetium.

Sitis aīdēsūt habendi.

Boetius.

Quæ ratio magis conuenit Antispasticis, & Choriambicis, quàm Dactylicis. Huc refertur etiam quintus quisq; versus, ex Catullo in Epithalamio Mallij: quanquam initium Ditrochæum habet.

Cōiūgāiōr āmōris.

Aristophanes etiam Epitrito secundo vsus legitur.

Dimetrum Acatalecticum constat Antispasto & Diijambo: Dicunt Glyconium. Græci in hoc genere pro Antispasto, etiam Epitrito, IIII. & Ditrochæo, & Hegemoscolio sunt vsi: id quod exempla à Grammaticis citata ostendunt. Latini exploso Antispasto, aut ab Epitrito quarto: aut à Ditrocheo sunt orsi: in fine Diijambum posuere. Exempla ab Epitrito sunt apud Horatium.

*Sic tē diuā pōtēns Cypri, &c. Et Senecam.
Siet quicūq; volet potens
Aulæ culmine lubrico.*

A Ditrocheo apud Catullum.

*Cōllisō Hēliconij.
Cultor Vrania genus, &c.*

Item apud Senecam & Boetium: quæ non ascribimus. Atq; hæc ad Dactylica nonnulli trimetra referunt. Possumus etiam Choriambo metiri: id quod fecit Aldus in Horatium: vt

L esset

esset Choriambicus, trimeter Acatalecticus
versus è spondeo, Choriambo, & Pyrrichio si-
ue Iambo: quod infra dicemus.

Dimetrum hypercatalecticum, constat
Antispasto & Dīambo & syllaba: aut vt gram-
matici vocant Syzygia Antispastica vna: & al-
tera Iambica: & syllaba. Vocant Syzygias
quia simplices duo pedes in his compositis pe-
dibus combinantur. Hoc idem est Sapphicum
Enneasyllabum à numero nouem syllabarum:
Seneca Agamemnone.

Quī vultūs Achērōntis atrī.

Dicitur etiam Hipponactium: sed & ipsum
pro Antispasto habet Epitritum quartum pri-
ma regione. Scandunt etiam vt primo loco sit
Spondeus: Secundo Dactylus: tertio Tro-
cheus, quarto Trocheus, vel Spondeus. Item
vt primo loco sit Spondeus, Secundo Cho-
riambus, Tertio Bacchius vel Scolius.

DE TRIMETRO.

Trimetrum Brachycatalecticum constat Epi-
trito quarto, antispasto & Iambo. Vocarunt
Pæanicum, fortasse à Pæanibus seu hymnis de-
orum. Atq; hoc trimetrum posuit Scaliger, ita
tamen vt dicat commodius scandi per Sponde-
um & duos Choriambos.

Arcum tende citus spicula da.

Trimetrum Catalecticum constat Antispas-
to vel Epitrito quarto: Antispasto vel Dīambo
bo, &

bo, & Bacchio vel Scolio. Ita enim bifariam componunt, vt aut Epitrito quarto, Antispasto & Bacchio vel Scolio: aut Epitrito quarto vel Antispasto, deinde Di jambo, & deniq; Bacchio, vel Scolio constet. Illud Anacreonteum: hoc Phalæcium Hendecasyllabum dixerunt: exempla sunt prioris:

Cūrās mitificānt donā | Lyæi.

Quo fit vt post vnum Spondeum duo fiant Choriambi, & syllaba, si quis per Choriambos velit metiri. Alterius ab Epitrito quarto.

Soles occidere & redire possunt.

Ab Antispasto:

Meas esse aliquid putare nugas.

Atq; hoc genus in Phalæcio putant vetustius fuisse, quare & frequentius Catullus sit vsus, non autem abusus. Phalæcium autem scandi aliter satis notum est: vt primo scilicet loco ponatur Spondeus quod semper facit Martialis: aut Iambus quod frequenter Catullus: addo etiam Trocheus. Secundo Dactylus, tertio & quarto trocheus, quinto trocheus vel Spondeus. Qua ratione secundum superiorem scansionem primo loco foret aut Epitritus quartus: aut Antispastus: aut Ditrocheus. Secundo loco semper Di iambus: vltimo Bacchius, vel Scolius. Seruius inter composita refert, vt ea ratione scandatur per simplices pedes vt diximus: primam enim partem facit dimetram Dactylicam,

L 2 Acatalea

Acatalecticam ex spondeo & Dactylo: secundum hemiolam Trochaicam ex tribus Trocheis.

Trimetrum Acatalecticum constat tribus pedibus integris seu syzygijs: prima Trochaica: secunda Antispastica: tertia Iambica. Sed pro prima Trochaica, utuntur Epitrito quarto quod facit Horatius. Asclepiadeum Choriambicum vocant.

Horati.

Sublimi feriam sidera vertice.

Sed Diomedes & Terentianus, & hosce secutus Aldus hoc genus sic scandunt, ut primo loco constituent spondeum: secundo & tertio Choriambum: ultimo Iambum vel Pyrrichium. Unde etiam nomen faciunt Choriambico Asclepiadeo: aut tetrametro Acatalectico. Praeterea etiam compositum referunt e duobus membris seu commatibus: altero Dactylico, pentimimere, id est, cum caesura: altero dimetro Dactylico Acatalectico. Author est Diomedes.

Diānā tēnērē dicitē uirginēs.

Qua ratione si vnā adicias syllabam erit pentameter elegiacus. Est etiam ubi prima & vltima syzygia constituatur Iambica, ex Dijambo: media Antispastica, siue ex Antispasto: siue etiam alio pede: ita ut vltima pars eius syzygiae in quemlibet dissyllabum pedem exeat:

Seū seūā uis et inuictā potentia.

Fāi trāhensq; vērtēnsq; quōā ūspiam est.

Vbi

165

Vbi in medio est Antispastus, in primo loco
Epitritus tertius, in fine Diambus.

Volunt etiam huius generis esse Comica quae
praeterimus. Trimetri Hypercatalectici mentio
non fit, sicut nec dimetri Brachycatalectici,
quod tamen reperias apud Pindarum.

DE TETRAMETRO.

Tetrametrum Brachycatalecticum constat
tribus Antispastis & Iambo, qui est semiantispa-
stus. Alcaicum vocat Seruus & Scaliger: De-
spauterius Archilochium, Asclepiadeum. Cu-
ius hoc est exemplum:

Annūm cārdo rōiāt dūm fētīmūr solū iī.

Sed inium est ab Epitrito quarto: ab Anti-
spasto sic:

Fēr ō dūlcī sōnām Scaligērō Phabe lyrām.

Tetrametrum Catalecticum constat tribus
Antispastis & Bacchio vel Scolio. Ex Graeco
hunc Scaliger expressit.

Hūmī sūsūs Adōnīs vēnērīs cōrdā fāiīgāt.

Hoc etiam variarunt authores. Post Epitri-
tum quartum aut Antispastum: ponunt Diambi-
bum, loco antispasti: postea integrum Anti-
spastum: vltimo loco mutilum, id est, Bacchi-
um vel Scolium. Atq; hoc volunt Priapeium
esse verum: quod aliter in hunc modum meti-
untur: Iambo scilicet, Choriambo, duobus
Iambis, Dactylo & Spondeo: qua ratione me-
trum diceretur Polyschematiston.

Virentis decus horuū fove pōmā Priāpē.

Huc referunt Catulli carmen, quod tamen ipse aliter formavit: orsus à Trocheo prima regione: quem excipit Choriambus in secunda: sequitur Antispastus in tertia: Dactylus in quarta: Spondeus in quinta.

O Cōloniā qua cūpis pontē lūdēre māgno.

Dixerunt hoc genus etiam Angelicum à nunciorum celeritate. Scaliger facilius sic putat metiendum: trocheo, Dactylo, & Trocheo & cæsura: Trocheo, Dactylo, & trocheo siue spondeo: ut desit cæsura ad eandem partem cum prima. Est & alia scansio per dipodiam trochaicam, dipodiam Iambicam, trochaicum, Dactylum, Spondeum. Non est præter eundem Sapphicum in hoc genere in quo prima Syzygia foret Iambica: Secunda Antispastica: Tertia Iambica cum Bacchio in fine.

*γλυκεία μάτερ οὔτις δ' ἄναμαι κρέκην τορῖσόν
πόθω δ' ἀμείσα παιδός βραδ' ἄναρ δ' ἰ ἀφροδίταρ.*

Tetrametrum Acatalecticum constat tribus Antispastis & Dijambo. Vocarunt Sapphicum totum librum hoc genere carminis complevit Sappho. Quidam etiam Alcæo ascribunt. Extat adhuc Idyllion tricesimum quartum Theocriti: hoc genere conscriptum: quod eodem genere vertit Hestus. Seruius tamen Alcmanium vocavit. Diomedes Archilochium. Horatianum illud sic metiuntur.

Nūllām Varē sacrā vitē priūs seuēris arbōrēm.

Quod

Quod tamen inter Choriambica pentametra Acatalectica, Alcaica referunt. Scaliger etiam addit, in quo primus pes sit Epitritus quartus solita licentia ultimus dytrochæus.

O Mūse in nūmērūm quæ chorēās dūcīs cānēntēs.

Tetrametrum Hypercatalecticum, quod in tegris quatuor constat Syzygijs: & vna syllaba, vt iam diximus: Simmiae Rhodio poetæ ascribunt. Exemplum hoc est apud Micylum:

Amōrē sequitūr pōnē cōmēs tristis amāritūdō.

DE PENTAMETRO.

Pentametrum Acatalecticum constat quinque Syzygijs vel Antispasticis, vel Iambicis promiscue. Vocant Alcaicum, quod Alcaeus & primus & solus sit vsus. Exemplum latinum vnicum addemus è Micyllo.

Quid me seua Venus persequeris quid puerum excitas cupidinem.

Insuauia Scaligero hæc & recitanda potius, quam imitanda videntur.

DE CHORIAMBICO.

A principali pede Choriambe nomen habet: estq; aut purum, aut mixtum. Purum est quod omnibus locis Choriambum recipit excepto ultimo, qui sæpe in Scolium, aut Bacchium, aut Dactylum, vel Creticum desinit, vt in Catalectico: Mixtum etiam

L 4 Dijam-

Dijambum recipit, & Choriambum resoluit in pentasyllabum pedem. Sed & Antispastica & Choriambica, quæ nos quidem pura vocamus, secuti Grammaticos: Scaligero inter composita recensentur, quod pura putet horum generum pauca. Quantitate hoc etiam est Monometrum, Dimetrum, Trimetrum, Tetrametrum, Pentametrum, Hexametrum. Forma sit sane simplex, etsi familiariora composita. Depositione Hypercatalectica, & Catalectica reperiuntur, tantum secundum Grammaticos. Genere est Choriambicum. Specie variat, est enim Adonium, Aristophanium, Callimachium, Anacreonticum, Sapphicum, et si quæ sunt aliæ species. De dispositione pedum per species dicemus: quanquam ea non ita variat. Cæsura locum non habet. Scansio est per monopodiã: ita vt superius in Antispastico diximus: cuius multæ scanduntur species per Choriambos. Dicamus autem de his quæ à Choriambo incipiunt primum. Postea addamus, quæ apud aucthores reperta, potius inter Choriambica quàm Antispastica referuntur.

DE MONOMETRO.

Monometrum Hypercatalecticum constat Choriambo & syllaba. Vocant Adonium & metiuntur Dactylo & Spondeo vel Trochæo. Supra diximus inter Dactylica, & pleriq; ad Choriambica nequaquam referunt.

Terruit

Terruit urbem.

Subijcitur tribus sapphycis Hendecasyllabis.

DE DIMETRO.

Dimetrum Catalecticum constat Choriambico & Bacchio: quo pede claudi Choriambica suavissime annotatum est. Dixerunt Aristophanum.

Lydia dicitur per omnes.

Alij tamen sic metiuntur ut Choriambum statuunt primo loco. Deinde Iambum & syllabam. Reperias etiam aliam formam Dimetri Catalectici: est enim quod constat Choriambico, & Dactylo: utrumque ita distinguunt nonnulli, ut illud vocent Choriambicum in Bacchium: hoc Choriambicum in Dactylum.

Qui regis haec omnia.

Potest autem loco Dactyli poni Creticus: loco Bacchij Amphibrachus propter ultimam syllabam. Porro hoc genus non ita variat depositione ut superiora: de quo satis sit semel monuisse.

DE TRIMETRO

Trimetrum Catalecticum constat duobus Choriambis, & Bacchio siue Scolio. Hoc est Anacreonticum Grammaticis. Servius hoc addit exemplum.

L 5

Virgilij



Virgiliū, Mantuā quē creāuit.

Alterum trimetrum Catalecticum constat duobus Choriambis & Dactylo siue Amphimacro. Cuius exemplum hoc adducunt:

Imbriferā nūbē pōlūs nigricat.

Septā puer clausā grēgis cōtinē.

Sed quod in Dactylum desinat, neq; dimerum neq; trimetrum posuit Scaliger. Mixtum huius quantitatis ascribunt Aristophani, qui primo loco Dijambum collocarit, aut Epitrium tertium, pro Choriambo.

DE TETRAMETRO.

Tetrametrum item Catalecticum constat tribus Choriambis, & Bacchio, vel Scolio. Dixerunt hoc, Sapphicum: Exempla Septimij citat Terentianus, Scaligeri hoc est:

Clāudē meōs Pārcā diēs dūlcisonā quētētē.

Claudianus.

Et Pādūs ēlēctrifēris admōdūletūr ālnīs.

Hoc pedibus maxime variatum est. Nam & primus pes in pentasyllabum resolutus, aut prima aut vltima longa, in duas breues conuulsa reperitur. Et loco Choriambi in secunda regione Dijambus collocatus, quod Anacreonticum vocarunt. Et prima ac tertia sede simul Dijambus, apud Aristophanem *Lysistrata*: quod si tamen recte aestimes etiam in illis Epitritus tertius erit pro Dijambo. Vocant enim Syzygiam Iambicam, etiam spondeum cum Iambo

Iambo coniunctum. In tetrametris porro agnoscit Scaliger: id quod post tres Choriambos, Dactylum habeat, vel Creticum: quem Bacchij loco elegantissime poni putat:

Flōs Cythērēæ nitīda lūmīnā spirānt rōse.

Tetrametrum Acatalecticum ex Martiano adducit Scaliger, quod constet quatuor quadrisyllabis integris, sed tribus Choriambis, & in fine tautopodia Trochaica.

Cēsus eqūō Phanīcēā vēstē nitēns ibāt Arcas.

Sed post duos Choriambos idem Martianus geminavit tautopodiam Trochaicam, ut tamen deficeretur vna syllaba. Quod genus ad Catalecticum referri poterat:

Sīdērā quæ noctīuāgīs vērtītis pōlūm rōtīs.

Sunt tres Trochæi & vna syllaba post duos Choriambos. Quod autem Scaliger refert Anacreontem initio Tribrachum, & deinde Iambum: ac porro post duos Choriambos Bacchium dedisse: id referri potest ad resolutionem primæ syllabæ longæ in Choriambo: qui debebat ibi collocari, in duas breues: de qua paulo ante diximus.

DE PENTAMETRO.

Pentametrum Catalecticum constat quatuor Choriambis & Bacchio siue Scolio. Callimachiam cognominant, quia eo genere carminis, is totum poema conscripsit, quod Bacchium nuncupavit.

Σολίμων



Δάμονες ὦ σεμνότατοι φοῖβε τε καὶ Ζεῦ
Διδυμῶν γενῆτορ.

Et apud Claudianum in Epithal. Philicum
Corcyrensem memorant etiam Hexametrum
extudisse, ut post quinque Choriambos ponere-
tur Bacchius. Exemplum ponit Scaliger: sed
Simmiam priorem usum volunt: cui ascribunt
securim, & alas: inter Idyllia Theocriti. Sed
neque Pentametranesque Hexametra putant repe-
riri, quæ in Dactylum cadant.

DE COMPOSITO CHORIAMBICO.

Non fuit animus dicendi de vilo composito
carmine: sed in Choriambicis propter autho-
ritatem multorum, & usum frequentiore
non potuimus præterire. Ex ijs igitur quædam,
quæ inter Antispastica retulimus, multi gram-
matici inter Choriambica recensent: atque ita in
authoribus ut Horatio, & alijs posita nuncu-
pant. Quæ cum ad pura quæ modo recensui-
mus non quadrent: & ostendere dimensio-
nem eorum iunioribus necesse sit: hic eis lo-
cum tribuendum censemus: Sed rem quam
breuissime peragemus. Inter composita Cho-
riambica primo loco collocant Gliconium:
quod constet Spondeo, vel Trochæo, deinde
Choriambo, postremo Iambo vel Pyrrichio.
Quæ scansio pene omnibus arridet: aliam
diximus

diximus in Dimetro Acatalectico, Antispasti-
co:

*Sic te Diva precans Cypri.
Culior o Heliconij.*

Horati.
Catull.

Huic addunt Asclepiadeum, quod spondeo,
duobus Choriambis, Iambo vel Pyrrichio con-
stet.

Mecenas atavis editis regibus.

Demum etiam tertium, quod constat spon-
deo, tribus Choriambis, Iambo vel Pyrrichio:
Archilochium hoc est apud Horat:

Tunc quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

DE EPICHORIAM- BICO VEL SAPPHICO.

Pertinet ad Choriambica quod vocant Epi-
choriambicum: cuius duas faciunt species:
vnam usitatam latinis quoque; alteram graecis tan-
tum. Prima est, quae initium facit a dipodia
Trochaica: ita tamen ut usitato more per $\xi\upsilon\tau\iota=$
 $\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\alpha\upsilon\pi$ cum alio cognato pede mutetur ditro-
chaeus: ut in exemplis videbimus. Altera quae
initio Antispasticam habet Syzygiam. Prioris
duae sunt species quantitate differentes: vna tri-
metra Catalectica: altera tetrametra Catalecti-
ca. Trimeter in hoc genere versus constat di-
trocheo, vel Epitrito secundo, Choriambo &
Bacchio. Sapphicum vocant. A ditrocheo or-
sus est graeco more Catullus:

Ocium Catulle tibi molestum est.

Horatius



Horatius semper ab Epitrito secundo, ut
quarta syllaba fieret longa.

Rēbūs angūstīs animosūs atq;

Fōrtis appārē sapiēntēr idēm,

Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela.

Horum tres semper solent coniungi, & his
addi quartus Adonius de quo supra. Est & alia
scansio per ditrochæum, vel Epitritum secun-
dum: Dactylum: & ditrocheum vel Epitri-
tum secundum. Et illa vulgata per simplices pe-
des: ut primo loco constituatur Trocheus, Se-
cundo Spondeus, vel antique Trocheus, ter-
tio Dactylus, quarto trocheus, vel Spondeus:
quæ eadem est cum illa superiore.

Tetrameter eadem ratione constat Di-
trochæo, vel Epitrito secundo: duobus Cho-
riambis & Bacchio. Alcaicum vocant. Usus
est Horatius, sed semper ab Epitrito secundo
orsus, ut:

Tē deōs orō Sybārīm cūr propērēs amāndo, &c.

Altera species quæ & ipsa Hendecasyllaba
est: à numero syllabarum: constat Antispasto:
Choriambo: & Bacchio: latinis non est in usu.
Vocant Pindaricum hoc metrum: Quod, si
per simplices scandas pedes: primo loco habe-
bit Iambum: secundo Trochæum, tertio Da-
ctylum: quarto Trochæum: quinto Trochæ-
um vel Spondeum. Primo tantum pede diffe-
rens à Sapphico: Ac in Sapphico hanc disposi-
tionem pedum Horatius sæpe vna syllaba su-
pergressus

pergressus efficit Hypermetros: quorum syllaba
ba superflua referreretur ad initium sequentis versa
sus.

*Rēddītum Cyrī sōlio Phrāātēn
Dīssīdēns plēbī nūmerō bēātōrūm
Eximit virtus, populūmq; falsis
Dedocet vti.*

Nonnunquam etiam dictiones distraxit:
ita vt vna syllaba poneretur in fine versus præ-
cedentis: reliquæ autem in initio sequentis
versus: idq; ferè in Adonio, vt:

*Ocium bello furiosa Thrace,
Ocium Medi pharetra decori
Grōsphē nōn gēminīs nēq; pūrpurā vē-
nālē nēc aurō.*

Est & vbi duæ syllabæ ponantur in præce-
dente versu.

*Inuicem mœchos anus arrogantes
Flebis, in solo leuis angiportu
Thrāciō hācchāniē māgīs sūb intēro
Lūniā veniō.*

Pertinet huc etiam exemplum ex libro 3.
Oda. 27.

*Vilis Europe pater vrget absens
Quid mori cessas, potes hac ab Orno
Pendulum Zona bene te secuta e-
lidere collum.*

In quo tamen scribendo nonnulli E appo-
nunt verbo: Sed vt scandendo referatur ad
finem præcedentis versus. Plura suppediabit
lectio.

D E

DE IONICO A MAIORE.

Habet & hoc nomen à principali pede, ex quo componitur. Aliud purum est: aliud mixtum quod Trochaicas Syzygias recipit. Quantitate Monometrum, Dimetrum, Trimetrum, Tetrametrum est. Forma est simplex, ita tamen ut malit inter composita à quibusdam poni. Depositione est Brachycatalecticum, Catalecticum, Acatalecticum, Hypercatalecticum. Genere est Ionicum à Maiore. Specie est Hipponactium, Cleonarchium, Praxilleum, Aeolicum, Sotadium: et si quæ præterea sunt nomina, magis mixto, quam puro convenientia. Dispositionem pedum in singulis speciebus videbimus. Cæsura nulla est nisi in fine, quasi in clausulis. Scansio per monopodiam.

DE MONOMETRO.

Etsi non agnoscunt Grammatici plerique Monometrum in hoc genere: tamen certum est antiquitus Monometrum Hypercatalecticum primo loco recensitum fuisse: quod constat Ionico à maiore vno, & syllaba, qua ceu cæsura claudatur:

Virtus mea lux.

DE DIMETRO.

Dimetrum

Dimetrum Brachycatalecticum constat Ionico à Maiore, Spondeo vel Trocheo: excedit superius vna syllaba: Vocant Hipponacteum:

Palmam capē victor.

Hæc subiunxerunt trimetris Iambicis Aristophanes: Trochaicis & Iambicis velut ἔπω-
δα Theocritus, in Epicharmi Epitaphio.

Dimetrum Catalecticum constat Ionico à maiore, Spondeo, & syllaba: vt desit vna ad alterum Ionicum absoluedum:

Virtus melior regno:

Atq; hoc erat purum: ad mixta referunt illud, quo Telesilla vsa fertur: post Ionicum à Maiore, collocato Trocheo & syllaba, id est, Cretico vel Dactylo, vt videretur Ditrocheum voluisse subiungere Ionico, &c.

ἄδ' ἀγρυμῆς ὦ νόσθα.

Vfus est & Aristophanes.

Dimetrum Acatalecticum constat duobus Ionicis à maiore: nisi quod vltima syllaba est exempta legibus.

Miles quātē telūm ferōx.

Qua ratione fit Epitritus tertius loco Ionici à maiore in fine. Atq; hoc est purum: In mixto ponitur priore loco, qui est impar, Ionicus à maiore: Secundo, qui est par, Molossus contractis duabus breuibus Ionici, in vnam longam: aut Choriambus. Hoc vocarunt Cleonarchium, quanquam alij Cleomacheum scribant. Græcum addunt exemplum ex He-

M

phæstione

phæstione. Sunt qui velint secundo etiam loco
poni Ditrochæum.

Nēmō vōlet impudicō.

Seruire diū Tyrānnō.

Dimetrum Hypercatalecticum constat duobus
Ionicis à maiore, & vna syllaba:

Rēginā fouē mē pietās.

In mixtis vñs dicitur Euripides.

DE TRIMETRO.

Trimetrum Brachycatalecticum constat
duobus Ionicis à maiore, Spondeo, vel tro-
chæo: propter vltimam indifferentem. Vo-
cant hoc Praxileum.

Frūstra est fugā, si fatā trāhūnt tē.

In mixtis secundo loco Ditrocheus ponitur
Hephæstioni:

Iām Cynthiā lūcēt orbē plēnō.

Trimetrum Catalecticum, quod item qui-
dam omitunt, constat duobus Ionicis à maio-
re, Spondeo & syllaba: posuit hoc exemplum
Scaliger:

authōr gēnēris Brēnnē ūetūs saluē.

Trimetrum Acatalecticum purum, constat
tribus Ionicis à maiore:

Quæ nām timidīs præmiā si ille hæc fugit.

Mixtum vocant Æolicum bifariam: aut
constat duobus Ionicis & Ditrocheo:

Ensem datē: dā mi Clypeūm furēnti,

Aut constat vno Ionico, & duobus Ditro-
cheis.

Abquāms

Ab quā grāuē quæ assēquī nēquīs amārē.

Est etiam vbi pro Ionico, Pæon secundus ponitur, quod vix dixerim Ionicum.

Trimeterum Hypercatalecticum constat tribus Ionicis à Maiore, & vna syllaba:

Förtünā Tyrānnis adimūt quæ dēdērāt.

In mixtis negant reperiri.

DE TETRAMETRO.

Tetrametrum Brachycatalecticum constat tribus Ionicis, & Spondeo vel Trochæo: Sordidum vocant:

Tūtō mārīs nrās vidēt ē litiōrē nāutā.

In mixtis hoc promiscuè Ionicos, & Ditrochæos recipit: patitur etiam resolutiones, vt longæ syllabæ resoluantur in duas breues: quo sæpe fit: vt sex fiant syllabæ ex vno pede. Mixto hoc vsus est Terentianus, toto carmine de literis. Martialis in Zoilum. lib. 5.

Tetrametrum Catalecticum constat tribus Ionicis Spondeo & syllaba:

O cōditōr alti ethēris, atq; incōlā plācārē.

Et hoc omittunt.

Tetrametrum Acatalecticum constat quatuor Ionicis à Maiore:

Fēcīt sātis agrām rābiēm qui dōmūt femīnæ.

Vocant Aeolicum mixtum, quod tribus Ionicis & vno constat ditrocheo:

Intērritūs eūincam animi rōbōrē pēriūnācēs.

Nec tamen hoc mixtum putant, sed illud alterum: quod primo loco pæonem secundum: deinde promiscuè Ionicos à Maiore,

M 2 & Di-

& Ditrocheos recipit: in fine desinit in Ditro-
chæum:

*At occidit ecce Phabē noctis mediū p̄ractum
ēst.*

Tēpūs fugit et torō ūacūō iacēo relicta.
Ex Græcis Sapphus expressi.

DE EPIONICO.

Ab Ionico nomen habet hoc quoq; cuius
tres fecerunt species.

Trimetrum Catalecticum constat Di-
iambo ab initio: vel vt prima syllaba fiat lon-
ga Epitricto tertio: deinde Ionico à maiore:
postremo Daçtylo vel Cretico. Vocarunt Al-
caicum, hendecasyllabum. Creberrime vtitur
Horat. *Aequam mēmentō rēbūs in arduīs.*

Seruare mētem nōn secūs in bonis.

Est & alia scansio: vt post Dijambum relin-
quatur cæsura, pentimemeris Iambica: deinde
sequatur Choriambus, & hunc Iambus siue
Pyrrichius. Et item alia: vt post pentimime-
rin Iambicam, id est, post Iambum vel sponde-
um, primo loco: & Iambum secūdo loco, quem
claudat cæsura: sequantur duo Daçtyli: vel vlti-
mo loco Amphimacer. Ita fiunt Daçtylici A-
catalectici versus.

Trimetrum Acatalecticum constat tribus
pedibus integris, primo Dijambo: Secundo
Ionico à maiore: tertio ditrocheo. Vocarunt
& hoc Alcaicum: quod apud latinos veteres

non

181
non reperias: neq; Horatio, neq; Boetio, neq;
Sereno, neq; Terentiano vso. Scaliger.

Polum obsequendo frangere puer superbium.

Sed etiam in hoc genere versuum, prima
producta, potest pro Dijambo constitui Epitri-
tritus tertius.

Odit Venus te odit Venereis cupido.

Tetrametrum Catalecticum constat aut Epi-
trito tertio aut Dijambo prima sede: Ionico
à maiore, aut etiam Pæone secundo, secunda
sede: ditrocheo tertia: Dactylo vel Amphi-
macro, quarta. Quæ in genere pro ditrocheo
etiam tertia sede, Epitritum secundum, usurpa-
runt. Sed nec hoc vti sunt latini: Plures species
etiam nunc reperiet quis apud Scaligerum.

DE IONICO A MINORE.

Ionicum à minore & ipsum nomen habet à
principali pede, è quo potissimum constat, scili-
cet Ionico à minore. Purum aliud est item: ali-
ud mixtum, quod Syzygias recipit Trochaicas.
Quantitate est Monometrum, Dimetrum, Tri-
metrum, Tetrametrum. Forma simplex, &
compositum. Depositione Brachycatalecti-
cum, Catalecticum, Acatalecticum, Hyperca-
talecticum. Genere Ionicum à minore. Spe-
cie Timocratium, Anacreonticum, Sapphi-
cum, Phalæcium, Alcmanicum. Dispositio-

M 3 nempe

nem pedum persequemur per Species. Scansio est per monopodiam.

DE MONOMETRO.

Monometrum Hypercatalecticum, quod primum faciunt in hoc genere, constat Ionico à minore & vna syllaba.

Adēs ō Clīo.

DE DIMETRO.

Dimetrum Brachycatalecticum constat Ionico à minore, & Pyrrichio siue Iambo.

Tibi ridēt Rōsā.

Dimetrum catalecticum constat Ionico à minore, & Anapæsto vel Tribracho. Timocratum dixit Seruius: quem repræhendens Micyllus Timocreonticum vocat. Seruio subscribit Scaliger:

Rōsā ūeris spēcimēn.

Dimetrum Acatalecticum, constat duobus Ionicis à minore: nisi quod vltima est indifferens. Hoc est quibusdam Anacreonticum.

Timōr addi pēdībūs vim.

Sed mixtum in hac specie recipit & Pæonem, & Molossum, sedibus imparibus: imo & Epitritum, & Ditrocheum. Boetij tale est:

Hābēt hōc ōmnīs ūolūptās.

Stimūlōs agit fūrētēs.

Sed exempla non addemus.

Dimetrum Hypercatalecticum constat duobus Ionicis à minore, & vna syllaba:

Mēmōr

Mēmōr ēstō benēfāctorūm

Nec hoc ab authore aliquo nomen habet: quippe quod grammatici saltem in exemplum effinxerunt.

DE TRIMETRO.

Trimetrum Brachycatalecticum constat duobus Ionicis à minore, & Pyrrichio, siue Iambo:

Pēnitūs mē trāhē tēcūm Vēnūs.

Hoc alij omittunt.

Trimetrum Catalecticum constat duobus Ionicis à minore, & Anapasto vel Tribra-
chio. Vocarunt Anacreonticum:

Agānippēs sōbolēs Virgiliūs.

Trimetrum Acatalecticum constat tribus Ionicis à minore, Sapphicum vocant purum quod est: quale illud Horatiij, tota oda.

Miserarum est neq; amorē dare lūdum.

Anacreonticum autem id quod mixtum est: quod & pæonem tertium primo loco: secundo Epitritum secundum: quem referunt ad syzygiam Trochaicam: ultimo vel Ionicum à minore, vel Pæonem tertium: recipit. Est etiam vbi Choriambus ponatur primo loco: quem sequantur duo Ionici à minore: vel ultimo loco Pæon tertius. *Χριστιανῶν μακαρῶν ἔλθης παίδεσ.* Latina enim exempla non sunt.

Trimetrum Hypercatalecticum constat tribus Ionicis à minore, & vna syllaba:

M 4

Vēnūs

4
Vēnūs ābiēctā iacēt dēcrēpītō ūat̄.

DE TETRAMETRO.

Tetrametrum Brachycatalecticum constat tribus Ionicis à minore: & Pyrrichio, siue Iambo:

Lāchēsīs crūdā mēae pārcē triūmphīs lyra.

Mixtum vsitatius est, vt prima fit Ionica syzygia: secunda Pæonica, è tertio Pæone: tertia trochaica: deinde Spondeus vel Trocheus:

Vēnērīs ūis inimicā pērditūm cōquīt mē.

Nēq̄, mēntēm pātītūr leuārē seuā curīs.

Tetrametrum Catalecticum constat tribus Ionicis à minore: & Anapaesto vel Tribracho. Phalæcium dixerunt hoc:

Mālā mēns māgnānimōs ōdit ēt hōrrēt dōmīnōs.

Hoc vtroq̄ Phrynichum vsum frequenter ferunt: exempla passim sunt apud Grammaticos: adeo vt pro Phalæcio putent legendum Phrynichium. Est mixtum huius generis, quod Galliambicum fecerunt: à Gallis sacerdotibus Cybeles. Recipit autem Pæonem tertium pro Ionico à minore: Epitritum secundum pro Diastrocheo: & pro Pæone, etiam Palymbacchium. Sed varietatem pedum quis facilius deprehendat: ex elegantissimo Catulli poemate cuius hoc initium.

Sūp̄r āltā vēctūs Atys cēlērī ratē māriā.

Hoc

Hoc tamen ferè seruarunt, vt prima, tertia & quarta sede, Pæonem statuerent: secunda Epitritum secundum: quos deinde afficit alijs variarunt: vt Molossis & Epitritis quartis. Proceleusmaticum posuit in fine Catull. vt cerner est in exemplo.

Tetrametrum Acatalecticum constat quatuor Ionicis à minore: vt sit purum: Alcmanium cognominatur.

Sator Augūste dēorūm pietatē pater augē.

Vsus etiam est Horatius:

*Simul unctus Tyberinis hūmēros lauit in un-
dis.*

Est etiam mixtum eadem lege, qua superiora diximus misceri, variatum iisdem pedibus: quod vocant Alcaicum.

*Puer audi fugit atās, uelut undā mors propin-
quat.*

Nisi discis veniet mōx tibi serā penitūdō.

Recipit Pæonem penultimo, ditrocheum aut Epitritum vltimo loco.

Hypercatalecticum non extat.

DE EPIONICO.

Est etiam in hoc genere Epionicum, duarum Specierum. Primum Alcmanium purum, trimetrum Acatalecticum: constat Dijambo, vel eius loco alio pede affcito, qui efficiat septem tempora: & duobus Ionicis à minore.

Salūe puer venēris natē cupidō.

M 5

Al terum

46
Alterum trimetrum Acatalecticum mixtum,
cognomento Sapphicū: primo loco habet Di-
iambum aut Syzygiam Iambicam: secundo Pæo-
nem: tertio Ditrocheum, vltima tamen indif-
ferente. *O Impudicē quid hanc manū teris rem.*

Est & Epionicum, Comicum, Tetrametrum,
Catalecticum, polyschematison, de quo nihil.

DE PÆONICO.

Latinis hoc genus nequaquam familiare,
itaq; & Seruius & alij omiserunt, Græci libenter
vsi sunt & frequentissime: Mixtum est, & raris-
simum habet Pæonem: vnde etiam differentiæ
sunt multæ. In tres tamen distinxerunt præcipu-
as species, in pæonicam, Creticā, & Bacchiacam.
Quantitate idem est, Monometrum, Dime-
trum, Trimetrum, Tetrametrum: etiam Pen-
tametrum. Forma est mixtum, tantum. Depo-
sitione Brachycatalecticum, Catalecticum, A-
catalecticum, & Hypercatalecticum. Genere
est Pæonicum, Creticum, & Bacchiacum. Spe-
cie etiam Simmiacum, Aristophanium, Theo-
pompeium & quæ præterea cognomenta in
singulis speciebus dicemus. Dispositionem pe-
dum ordine subiungemus. Scansio est per mo-
nopodian. Sed nos de Pæonico eoq; puro
quantum fieri potest prius dicemus.

DE MONOMETRO.

Monometrum pæonicum reperias nonnun-
quam admixtum alijs, apud Aristophanem: id
quod

quod annotavit Micyllus & alij: etsi non omnes eodem modo censent:

ἀμαδὲ νῶϊ.

DE DIMETRO.

Dimetrum Brachycatalecticum Pæonicum constat Pæone vno, hoc est, aut quarto: & Pyrrichio vel Iambo: aut primo, & Trochæo vel Spondeo. Vtriusq; exempla sunt apud Aristophanem: huius in *Lysistrata*:

τοῖς ὄρεσιν ὤκει:

Illius in *Auibus*. πολέμος ἄιρεται.

Hoc etiam Creticum dici queat, quod ex Cretico resoluitur, Pæon aut primus, aut quartus: sed quod Pæonem primum habet, rectius propter ultimum, vel Trochæum, vel Spondæum, quia indifferens ultima. Verum sic non erit Brachycatalecticum sed Catalecticum.

Dimetrum Catalecticum Pæonicum constat Pæone aut primo: deinde Dactylo vel Cretico: aut quarto: deinde Tribracho vel Anapaesto:

Qui sapit is inspicit,

Quicquid alij gerunt,

Sive bene seu seius

A Pæone quarto:

Bibere multâ nocet

Bibere paucâ iuuat.

Apud Micyllum sunt. Hæc si à Cretico appellare velis, erunt Cretica Acatalectica, ea quæ à Pæone primo incipiunt. Et sic de alijs iudicium facito.

Dimetrum

45
Dimetrum Acatalecticum Pæonicum constat duobus Pæonibus. Quod si Creticum recipiat priore loco, mixtum merito perhiberi debet:

Nūquam animus optat idem:

Quæ modo cupit reijcit.

Ex Cretico hoc adducunt.

Quæ decēt paucā faciis.

Quæ nocēt cūctā cupis.

DE TRIMETRO.

Trimetrum Catalecticum Pæonicum constat aut duobus pæonibus quartis, & Tribracho, vel Anapaesto: aut duobus pæonibus primis, & Dactylo vel Cretico. Illius exemplum hoc est:

Pōpulus improba amat atq; iubet,

Huius autem hoc:

Cūctā domat et superat atrā.

Trimetrum Acatalecticum Pæonicum constat aut tribus Pæonibus, aut ultimo resolutio in quinque syllabas.

Sero puer incipere sequi Venerem.

Sponte si quidem properat omne malum.

Nullum autem in his Pæonem cernas præter primum. Atque in his cum Brachycatalecticum, tum Hypercatalecticum negant reperiri.

DE TETRAMETRO.

Tetrame-

Tetrametrum Catalecticum, Pæonicum
constat tribus Pæonibus primis: & Dactylo vel
Cretico. Hoc vocant Aristophanium.

Mēns hōmīnis impētē suō pēnētrāt omniā,

Reperiuntur autem & huius generis è pæo-
nibus tribus quartis, & tribracho vel anapæsto.
Aut quæ etiam pro primo, quartum vsurpent:
quæ verius sunt mixta. Ac præter hæc, Purum
Tetrametrum, aliud nullum reperias.

DE PENTAMETRO.

Pentametrum Catalecticum Pæonicum
constat quatuor pæonibus primis, & Dactylo,
sive Cretico. Theopompeium vocarunt à Co-
mico Theopompo.

*Cūnctā faciunt bēnē quībūs adēst mōdūs et
equitās.*

Reperias & Pentametrum Hypercatalecti-
cum Alcmanium, quod Grammatici pro He-
xametro Catalectico falso ausi sunt adducere:
nos ne exemplum quidem addemus, quod vni-
cum extat, emendatius apud Scaligerum quam
alias.

DE CRETICO.

Videamus & hoc, sed breuiter, placuit enim
à Pæonicis distinguere. Huius formæ etiam
Monome-



140
Monometra reperiuntur, apud Aristophanem:
ἀλλά χεῖ. Sed ea omittamus.

DE DIMETRO.

Dimetrum Creticum Catalecticum constat
vno Cretico, & Spondeo vel Trochæo. Atque
hoc idem est cum superiore Pæonico Brachy-
catalectico, Si pro Pæone statuatur Creticus:

Magnâ vis fâti.

Sed talia non reperiuntur Cretica.

Dimetrum Acatalecticum Creticum, constat
duobus Creticis: aut sicut sunt mixta: vno
Pæone: altero Cretico: de quo superius vide
inter Pæonica.

Dimetrum Hypercatalecticum Creticum
constat duobus Creticis, & vna syllaba. Exem-
plum est apud Plautum Amphitruone:

Vicimûs vi ferocês.

DE TRIMETRO.

Trimetrum Acatalecticum Creticum con-
stat tribus Creticis omnibus: si purum fuerit.

At bonis optime euenit.

Vltimus est Dactylus propter vltimam indis-
ferentem:

Improbis nullâ certâ est fidês.

Omnes sunt Cretici.

Si autem mixtum: recipiet pro duobus prior-
ibus Creticis, pæones: & idem erit cum Tri-
metro Pæonico Catalectico.

Nam

*Nām quid hūic pērplācēt id āltērī:
Dīsplicēt: quōd āit ille, hīc nēgāt.*

DE TETRAMETRO.

Tetrametrum Acatalecticum Creticum constat quatuor Creticis pedibus: si purum fuerit. Simmiæum appellarunt. Bacchilides hoc metro tota carmina absoluisse dicitur. Ex Plauto addunt exemplum.

Cōnuēnīt quī ūirī sīnt cō prēliō, &c.

Si mixtum, prioribus locis pæonem primum, aut quartum, aut Orthium, aut Molossum recipit, vltimo Dactylum vel Creticum. Hoc idem & Pæonicum mixtum recte dixeris: sicut & superius trimetrum: quare & superius posuimus: pæonicum frequentius mixtum esse quam purum:

Dīspērtūt ūirī dīspērtūtī ōrdīnēs.

Neq; vllum magis variat quam hoc, cum præter supra dictos pedes: & Choriambum, & Bacchium & Antibacchium: & vtrūq; Ionicum, & Pentasyllabos ex resolutione, Parapæonem & Pyrrichioanapæstum recipiat. Exempla non addemus: quod neq; Grammatici mentionem fecerint: neq; adeo nonnulla magis dici Cretica, quam Bacchiaca oporteat: Quæ tamen composita, & confusa potius, ex varijs pedibus habenda sunt. Est & aliud Tetrametrum Simmiacum, quod ex resolutione omnes habet Orthios, id est, quinque breuium syllabarum: vltimum

ultimum pæonem quartum: ut se quasi sistat
versus, in vna longa syllaba. De quo ambigi-
tur Pæonicum ne sit, an Creticum appellan-
dum.

DE BACCHIA CO.

Hoc valde rarum est. Monometrum ex An-
tibacchio reperitur apud Aristophanem: sicut
& dimetrum eodem pede, cum eadem voce re-
petita. Ex bacchio etiam $\dot{\iota}\alpha\chi\omega\dot{\iota}\alpha\chi\epsilon$. Et tri-
metrum etiam in Ranis, quod cum Antispasti-
co Dimetro Hypercatalectico idem est: de
quo supra.

Tetrametrum Catalecticum est apud
Plautum:

Dātūm denēgānt quōd dātum est tūm.

Idem etiam ex Antibacchio struxit:

Plēnī rapācēs, ūirī frāudulēntī.

Tetrametrum Acatalecticum ex quatuor
Bacchijs, aut Antibacchijs etiam: apud Plau-
tum in Menech: reperitur.

Cliētēs sibi omnēs volūnt esse multōs.

Ex Antibacchijs apud eundem reperias:

*Si est pāupēr, atq; hānd malūs nequam
hābētūr.*

Sed Catalecticus est. Atq; hæc verè sunt
Bacchiaca: Neq; tamen supra hanc quantita-
tem reperiuntur. Hæc igitur ita annorasse
post alios, de nouem metrorum generibus, sa-
tis nobis fuerit. De compositis, siue potius con-
fuis, nihil addemus.

DE

DE METAPLASMIS.

Quid est Metaplasmus?

Metaplasmus est figura carminis, siue ad vitandum hiatum concurrentium vocalium: siue ad exornandos versus excogitata. Sunt autem plures, quas ordine recensebimus.

Prothesis latine præpositio, est quando litera vel syllaba principio dictionis apponitur: vt *gnatus* pro *natus*: *tetuli* pro *tuli*.

Aphæresis latine ablatio, est cum litera vel syllaba ab initio dictionis aufertur: vt *temnere* pro *contemnere*: *tueri* pro *intueri*: *ruere* pro *erueri*.

Syncope latine elisio, vel exectio, est quando è medio dictionis litera, vel syllaba tollitur, vt *uirum* pro *virorum*: *numum* pro *numorum*: *graiugenum* pro *graiugenarum*, &c.

Epenthesis, est quando in medio dictionis litera vel syllaba interponitur. Est autem mediū quicquid inter primam, & vltimam est syllabam: vt *relligio* pro *religio*: *relliquæ* pro *reliquæ*: *induperator* pro *imperator*: *indugredi* pro *ingredi*, &c.

Paragoge, est quando aliquid ad finem dictionis aliunde adijcitur: vt *accingier* pro *accingi*: *dicier* pro *dici*: *fartier* pro *fari*.

Apocope latine amputatio, est quando litera vel syllaba aufertur à fine: vt *tuguri* pro *tugurij*: *peculi* pro *peculij*.

N Synære-

stat
gi-
an-

An-
cut
re-
ri-
sti-
de
ud
q
b
or
u-
nil
p
d
p
q
nt
a-
fle
a-
n-
E



4
Synæresis, est quando duæ syllabæ coeunt
in vnã: idq; in eadem dictione: vt *Orpheus*,
pro *Orpheï*: *aluaria* pro *aluearia*.

Diæresis, est quando coniunctæ alioqui in
vnã syllabam vocales, distrahuntur in duas:
id quod frequenter fit in diphthongis apud græ-
cos: & ad eorum imitationem etiam apud lati-
nos: vt *Naiās* trisyllabum: quod aliàs est dis-
syllabum *Naiās*: *dissoluisse*, pro *dissoluisse*,
Videtur & Catullus A V distraxisse.

Verbosa gaudet Venus loquela.

Vt fiat Dactylus secundo loco carminis Pha-
læcij. Etsi nonnunquam vnã longã pro
duabus breuibus, & contra ponant poëta.

Systole, latine correptio, est quando syllaba
natura longa, corripitur, vt

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Diastole, latine productio, est quando syl-
laba natura breuis, producitur: vt *melos*, apud
Persium.

Cantare credas Pegaseium melos.

Scazon est, habens in fine Trocheum. Sed
& Homer produxit: Lucret: corripuit, *Et*
cygnaea mele, &c.

Synalæphe, latine vel collisio, vel ademptio,
vel extrusio vocatur, est quando vocalis in fine
vnius dictionis: ante aliam vocalem, quæ est in
initio alterius dictionis: eliditur aut extrudi-
tur. Idem iudicium esto de diphthongis: vt.

Obsedere alij telis angusta viarum.

Nec sic immisis aurigæ vndantia lora, &c.

Comple-

Complosio, quam sic vocant recentiores, contraria Synalœphæ, est quando vocalis, aut diphthongus, ante aliam non eliditur: eadem ratione, qua in Synalœpha eliditur. Hanc alij licentiam poëticam malunt dicere, quàm figuram, vt:

Stant & i uniperi, & castaneæ hirsutæ.

Nonnulli Boatum vocauerunt hanc: sicut superiorem Hiatum.

Ecthlipsis, est quando M, litera in fine dictionis, cum vocali etiam antecedente, extrudatur: si sequatur aut vocalis, aut diphthongus in initio sequentis dictionis, vt:

Multum ille & terris, multum iactatus & alto,

Inuenias tamen apud Lucretium, vbi M, ad hunc modum non eliditur, vt:

Corporum atq; loci, res in quo quæq; geruntur:

Apud Ennium etiam. Sed huc refer & alias consonantes: quæ passim apud Comicos, & alios poëtas eliduntur, vt litera D, apud Terentium passim, in particula, Sed: istud: illud: exempla pete ab eodem. Martialis videtur G, è medio sustulisse: in voce smaragdus. vt:

Sardonychas, smaragdus, hyacinthos, Iaspidas vno,

Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Terentius N, quoq; sustulit, vt:

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos patres.



Vbi ego malim dicere Velisam: quod eius exempla sint apud Lucret. vt:

Namq; alid ex alio clarescet, &c. alid ponit, pro aliud. Vbi autem N, sit elisa, haud aliud est exemplum in promptu: nisi quis velit in dictione Polymnestor auferri: de qua dictum est in reg. de Positione. S. elisa frequentissime reperitur cum apud Lucret: tam in fragmentis Ennij, Pacuuij, Nauij, Catuli. Apud Terentium etiam: & quidem siue vocalis sequatur, siue consona, vt in epigrammate Catuli:

Ibimus quasitum, verum ne ipsi teneamur,

Formido: quid agam? da Venus consilium.

Idem in M, litera fecit Lucretius lib. 2. vt:

Lanigera pecudes, & equorum duellica proles,

Terentius in medio etiam dictionis S. extru-
sit: vt,

Idisti vituperant factum, atq; in eo disputant.

Sed haec exempla non sunt imitanda discen-
tibus: praeterquam vbi M, litera, per Ecclipsis
eliditur.

Parellipsis, est quando ex geminis conso-
nantibus vniusmodi, vna auferretur: vt,

Manendum est soli sine illa, quid tum postea.

Sed haec potest referri ad Syncopen.

Diplasiasmus, est quando geminatur conso-
na vt, *relligio, relliqua, repperi, rettuli, refficit,*
& alijs similibus. Nihil differt ab Epenthesi: ni-
si quod Diplasiasmus literam interponit, ean-
dem geminatam: Epenthesi etiam integras
syllabas adijcit,

Antistio

Antistichon, siue vt Diomedes Antithesis, est quando litera pro litera ponitur: vt, *Olli*, pro *illi*: frequens apud Virg.

Metathesis, est quando literæ transponuntur: vt.

Nam tibi Tymbre caput Euandrus abstulit ensis: Est enim *Tymbre* pro *Tymber*: græcis est familiarior.

Crasis, est quando duæ vocales, aut in vocalem: aut in diphthongum contrahuntur: idq; in vna dictione. Nec me fugit *Erythræum*, *Symphoniam*, *Synecphoniam*, *Synizesin* vocare, cum duæ vocales in eadem dictione, nulla intercedente consonante, pro vna accipiuntur: siue breuis & longa, siue duæ breues: siue longa & breues, in longam coeant. quam & *Synæresin*, & *Episynalæphen* facit: vt,

Nerêi, *Promethêi*, *Oilei*: *auréo*, *aluêo*: *Orphêa*, *Typhoêa*. Item in verbis *petit*, pro *petijt* apud Statium: *deinde*, pro *inde*, *deinceps*, *deerat*, *deerrauerat*, *déhinc*, *prendo*, &c. Et in genitiuis *peculi*, *tuguri*: pro *peculij*, *tugurij*. Item *huic*, *cui*. Item, *Fixerit eripedem ceruam*, pro *aeripedem*. Sed & alij fortasse aliter distinguunt: & nobis satis est, cum vulgares appellationes, tum scolis vsitata præcepta inculcare. Reliqua suppedirabit lectio.

Tmesis sectio latine, est quando dictio interrsecatur, interponiturq; inter partes eius, vel enclitica, vel pars orationis alia, vel plures etiam: vt *Lucret*, 2.

N 3

Sed

*Sed complexa meant inter se, cong₃ globata,
pro conglobata.*

*Quo nos cumq₃ feret melior fortuna parente,
pro quocunq₃.*

*Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta,
pro haectenus.*

*Ex ordine singula ponant,
pro exponant.*

*Synthesis, latinè Compositio, est quando
ex duobus verbis vnum conflatur: vt Antemalorum:
& semperflorentes, vt,*

Neq₃ enim ignari sumus antemalorum.

*Quam Scaliger contrariam Tmesin posuit.
Aq₃ haectenus de Metaplasms, qui quidem in
vfu sunt frequentiore.*

I V L I V S C A E S A R S C A L I G E R
liger in praefatione in septem libros
Poëtices: ad Syluium
filium.

R*eliquum est, vt & iam in hisce teipsum
exerceas: & fratribus, (vbi feret
etas) exemplo sis, quemadmodum nos
fuimus tibi. Non enim sunt audiendi, qui
hisce studijs clamant absumi tempus impo-
rune, quod seuerioribus ac primarijs scien-
tijs impendendum est. His enim si adhibeas
modum, tantum abest vt fatigent animum,
vt etiam*


ut etiam alacriorem te reddant ad exquisi-
 tiores contemplationes. Et memineris istas
 bonae fame hirudines ideo vociferari: ut
 ne quod eis deest adsit nobis. At enim uero
 nobis tam non abest, quod eis adest: quam
 adest, quod non adest illis. Quare porro dan-
 da est opera nobis: ut dum illi ad aleam eta-
 tem transmittunt: aut inhiant auro: aut
 captant magistratus: aut mensarum affecla
 de bellorum summa disputant inter patinas:
 nos neq; illorum voluptates contempsisse neq;
 ambitiones carpsisse: sed studiorum nostros
 rum nobilitatem, animorum magnitudi-
 nem simul, & simplicitatem perstringi nos
 luisse videamur.


hirudo
gel


*Et paulo ante, in eadem
 Praefatione.*

De Poetarum lectione: quam
 qui damnarunt, inquit, agresti
 atq; aspero supercilio bruti homi-
 nes, ne in hominum quidem cen-
 su reponendi sunt.










AB: 26879

X 220 1939 Sb.

VD 77


R



es

20





B.I.G.

Farbkarte #13

Libellus Pro- fodiacus.

IN USVM SCOLAE
GORLICENSIS.

Collectus à

*Jochimo Meistero Gorl. ...
...
Rector zu Gorb.*



GORLICII
Excudebat Ambrosius Fritsch.

Anno
M. D. LXXVII. 10'

